DE TETRAMETRO TROCHAICO.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE GISSENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

JOSEPHUS KANZ

MOGUNTINUS.

DARMSTADT

TYPIS BENDERI

MGMXIII.

Genehmigt durch das Prüfungskollegium
am 9. Juli 1912.

Referent: Dr. Koerte.

Manibus parentum
sacrum.

Tetrameter trochaicus a iambographis in litteras Graecas inductus semper in poesi Graeca si non primas attamen magnas partes egit. Secundum Aristotelem (de poet. 4, 1449 a 22) antiquissimum metrum erat tragici dialogi, cuius rei Aeschyli Persae testes sunt. Tum diu a tragicis fere spretus ab Euripide rursus saepe adhibitus est. Crebrior etiam erat eius usus in comoedia et in Dorica Epicharmi et in Attica inde a Magnete usque ad Menandrum. Vel hellenistica, quae vocatur, aetate tetrametros pepigerunt Isyllus, Callimachus alii.

Huius versus indolem atque historiam primus Rumpelius[1] accuratius tractavit, sed nescio qua de causa comicorum fragmenta non respexit. Quoniam et intra hos quadraginta annos haud pauci tetrametri nobis redditi sunt titulis et papyris Aegyptiacis, quibus uti Rumpelio non licebat — exempli gratia affero Archilochum, Solonem, personatum Epicharmum, Callimachum, Eupolidem, Menandrum[2] — et Rumpelius non omnia recte tractasse mihi videtur, huius metri historiam tota materia congesta iterum perquirendam suscepi.[3]

Tractabo in hac dissertatione:

in I. capite: Quid antiqui et novi metrici de tetrametro docuerint,

[1] Der trochäische Tetrameter bei den griechischen Lyrikern und Dramatikern, Philol. 28 (1869) 425.

[2] De Menandri tetrametris nuper egit I. Uhle in dissertatione de Menandri arte metrica (Monasterii 1912). Sed hic cum et priore tantum editione Koertiana uti posset, in qua multi tetrametri manci sunt postea a Jenseno et Lefeburio restituti, et nimis caute solum tetrametros incolumes respiceret, de legibus, quas Menander in tetrametris pangendis secutus est, non recte iudicavit.

[3] Haec dissertatio prelo iam subiecta erat, cum mihi liber Whitii The verse of greec comedy (London 1912) innotuit.

in II. capite: de structura versus,
in III. capite: de iambographorum tetrametris,
in IV. capite: de tragicorum tetrametris,
in V. capite: de comicorum tetrametris: a. Epicharmi (Excursus: de Pseudoepicharmeis); b. priscae comoediae, c. mediae comoediae, d. novae comoediae, cap. VI. conclusionem continet.

Caput I.

Quid antiqui et novi metrici de tetrametro docuerint.

Priusquam ad metrum ipsum accedo explanandum, quae iam de tetrametro dicta sunt, mihi conferenda esse videntur. Studium metricae rationis tum demum apud veteres nobis occurrit, postquam Aristoteles scientias ad certam rationem et disciplinam revocavit; de hac arte philosophus ipse sane nihil scripsit, nisi interdum de indole atque usu metrorum nonnulla affert. Ita de tetrametro dicit (de poet. 4, 1449 a 22): *τὸ μὲν γὰρ πρῶτον τετραμέτρῳ ἐχρῶντο (οἱ τραγικοὶ) διὰ τὸ σατυρικὴν καὶ ὀρχηστικωτέραν εἶναι τὴν φύσιν* — est igitur secundum Aristotelem metrum saltationi accomodatum. Postea Aristoxenus Tarentinus peripateticus primus de rhythmica et musica arte scripsit.[1] Paulo in illo versemur, quia rhythmus, ut dicit Choeroboscos (cf. Hephaestionis enchir. ed. Consbruch p. 177, 11) est *πατὴρ καὶ γένεσις τῶν μέτρων*. Aristoxenus singulos pedes in partes minimas dividit, quas vocavit „*χρόνοι πρῶτοι*" Arist. II. p. 79W. § 10). Atque in dactylo et anapaesto (*γένος ἴσον*) exstant quattuor *χρόνοι πρῶτοι*, in trochaeo et iambo (*γένος διπλάσιον*) autem tres ita distributi, ut basis (id est pars elata, quae postea thesis quoque nominabatur) habeat duo tempora minima, arsis (id est pars minus elata) unum tempus (§ 17 et 24). Re-

[1] Aristoxenum magno cum amore et studio coluit Westphalius in libro: Aristoxenus von Tarent Melik u. Rhythmik des klass. Altertums, Leipzig 1883/93.

spondere potest in arte metrica uni cuique tempori brevissimo syllaba brevis. Aliam quoque tetrametri proprietatem ex Aristoxeno intellegere discimus. Distinguit enim inter pedes rationales, in quibus singulae syllabae aut re vera pares, aut altera alterius dimidia est, et pedes irrationales, in quibus altera syllaba neque eandem neque dimidiam alterius longitudinem habet. (§ 20):

ὥρισται δὲ τῶν ποδῶν ἕκαστος ἤτοι λόγῳ τινὶ ἢ ἀλογίᾳ τοιαύτῃ, ἥτις δύο λόγων γνωρίμων τῇ αἰσθήσει ἀνὰ μέσον ἔσται. Γένοιτο δ'ἂν τὸ εἰρημένον ὧδε καταφανές. εἰ ληφθείησαν δύο πόδες, ὁ μὲν ἴσον τὸ ἄνω τῷ κάτω ἔχων καὶ δίσημον ἑκάτερον, ὁ δὲ τὸ μὲν κάτω δίσημον, τὸ δὲ ἄνω ἥμισυ, τρίτος δέ τις ληφθείη ποὺς παρὰ τούτους, τὴν μὲν βάσιν ἴσην αὖ τοῖς ἀμφοτέροις ἔχων, τὴν δὲ ἄρσιν μέσον μέγεθος ἔχουσαν τῶν ἄρσεων. Ὁ γὰρ τοιοῦτος ποὺς ἄλογον μὲν ἕξει τὸ ἄνω πρὸς τὸ κάτω. ἔσται δ'ἡ ἀλογία μεταξὺ δύο λόγων γνωρίμων τῇ αἰσθήσει τοῦ τε ἴσου καὶ τοῦ διπλασίου καλεῖται δ'οὗτος Χορεῖος ἄλογος.

Praeter Aristoxenum alius rhythmicus vix dignus est, qui nominetur. Omnes fere ab eo pendent, sed interdum eum non intellexerunt, ita ut eos legere non iuvet.

Nunc liceat ad metricos antiquos transire, apud quos duas rationes fuisse Westphalius primus docuit, quarum altera *πρωτότυπα* statuit, altera ab hexametro et trimetro cetera metra derivavit.[1] Priorem rationem Hephaestionis Alexandrini *ἐγχειρίδιον* nobis optime repraesentat, quod commentatoribus adiectis optime edidit Consbruch (Lips. 1910). Quae de tetrametro dicit, ita sunt clara et dilucida, ut vix intellegi possit, quomodo viri doctissimi ea neglegere potuerint. Legimus apud eum: VI I, p. 17 Cons.:

τὸ τροχαϊκὸν κατὰ μὲν τὰς περιττὰς χώρας δέχεται τροχαῖον, τρίβραχυν καὶ δάκτυλον, κατὰ δὲ τὰς ἀρτίους τούτους τε καὶ

[1] de duabus rationibus confer Leonis opusculum: Die beiden metrischen Systeme des Altertums. Hermes XXIV., 280ff.

σπονδεῖον καὶ ἀνάπαιστον. καταληκτικὸν δὲ ὅτε ἐστί, τὰν παραλήγοντα μάλιστα μὲν τροχαῖον δέχεται, ἔστι δὲ ὅτε καὶ τρίβραχυν.

Distinguit igitur Hephaestio inter locos impares, qui sunt apud tetrametrum primus, tertius, quintus, septimus, et inter locos pares, qui sunt secundus, quartus, sextus ita, ut paribus locis anapaestus, spondeus, tribrachus, dactylus, trochaeus stare possint, in imparibus idem praeter spondeum et anapaestum. Crux philologorum est dactylus, qui sane ex trochaeo et spondeo ut aliae solutiones declarari non potest et contra rhythmum peccare videtur, sed tamen, ut Euripidis, Epicharmi, Aristophanis, Hermippi, Menandri, Isylli versus demonstant, stare potest praecipue apud comicos. Dactylum in trochaico tetrametro idem ius habere atque anapaestum in trimetro iambico recte observavit Hephaestio VI, 5, p. 20, 1 Cons. *τῷ δὲ δακτύλῳ τῷ κατὰ τὰς περιττὰς ἐμπίπτοντι χώρας ἥκιστα οἱ ἰαμβοποιοὶ ἐχρήσαντο ποιηταί, σπανίως δὲ καὶ οἱ τραγικοί, οἱ δὲ κωμικοὶ συνεχῶς ὥσπερ καὶ ἐν τῷ ἰαμβικῷ τῷ ἐπὶ τῆς ἀρτίου ἀναπαίστῳ*, ad quae verba scholia A p. 124, 15 bene adnotant comicos poetas saepius dactylos admisisse, quia fabularum dialogum ad sermonem cotidianum appropinquare voluerint (*διὰ τὸ ὁμιλητικὸν καὶ τὸ βούλεσθαι δοκεῖν τὸ μέτρον εἶναι διαλελυμένον*). In hac una re errat Hephaestio, quod dactylum solutum esse e spondeo opinatur, nam cum spondeus solum in paribus locis inveniatur, dactylus in imparibus quoque exstat. Alia Hephaestio non affert, nisi contendit, tribrachum septimi pedis esse rarissimum, alia nova ne eius commentatores quidem addere potuerunt. Aliquid novi affert Aristides, qui primus caesuras respexit. Si versus in pares partes dividitur, diaeresis, si in impares, caesura (*τομή*) oritur.[1] Tetrameter plerumque in dimetrum acatalecticum et dimetrum catalecticum dividitur, ut apud

[1] cf. Caesar, Ind. lect. Marburg 1862/63, p. VIII.

Jubam, qui inter Romanos hanc doctrimam sequitur, legimus (Gramm. lat. VI. 620 Keil).

Quoniam de hac doctrina metrica locuti sumus, restat, ut etiam de derivantibus nonnulla verba faciamus. Secundum quos „omnia metra variantur aut adiectione aut detractione aut concinnatione aut permutatione" (ut dicit Caesius Gramm. lat. VI. 271 K.). Cuius doctrinae exemplum optimum praebet tetrametri derivatio, quae legitur apud Terentianum Maurum in tertio de metris libro (Gramm. lat. VI. 364 K.). Postquam exposuit antiquitus fuisse duo hexametros (dactylicum et iambicum), quos a versu (1580):

ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν.

derivatos esse putat, pergit sic:

„Sed hic trimetrus quando duplicem pedem
a capite sumet, tunc quadratus dicitur
idemque dictus est et octonarius
ante ergo versum collocabo iambicum:
phaselus ille, quem videtis hospites
quadratus iste talis effici potest,
adest celer phaselus ille quem videtis hospites.
Si dempta prima syllaba adiectio pedi est,
quem de duobus esse iambis perspicis,
quod hinc remansit, creticum reddit pedem:
est celer—phaselus ille quem videtis hospites."

Est igitur tetrameter trochaicus adiectione cretici ex trimetro iambico derivatus.[1] Ceteros derivantes idem semper repetentes praetermittam praeter illud fragmentum metricum versibus heroicis Graecis compositum, quod nuper Schubart et Wilamowitz (Berliner Klassikertexte V. 2. 140) ediderunt. Est enim unicus tractatus derivantium, qui graece est compositus, hic quoque tetrameter adiecto cretico, quem grammaticus ipse

[1] Similia profert Aelius Festus Aphthonius, cuius libellum Marius Victorinus in suam artem grammaticam recepit (Gramm. lat. VI 31, 17-173, 31), nisi quod p. 62, 28 putat trisyllabum apud comicos non antepositum sed appositum esse (!). Vide etiam Gramm. lat. VI 594 Malli Theodori.

finxit, e trimetro iambico derivatur. Trimetrum illum (καὶ σχολὴ πάρεστι, καὶ Μενουμον), quo iam Dionysius Halicarnassensis de comp. verb. 17 (p. 69 U.) exempla utitur, ex Aeschyli Myrmidonibus petitum esse suspicatur Koerte (Mus. Rhen. LXV 173, 19; cf. quoque Leonis opusc. Herm. XXIV, 288). Alios antiquos metricos praetermittere licet, quia nihil afferunt ad tetrametri naturam rectius cognoscendam.

Si summam facimus, haud ita multa apud antiquos metricos invenimus. Hephaestio sane nobis quoque fundamentum certum praebet, alii quoque inter iambographos et scenicos poetas esse aliquam differentiam cognoverunt, sed singulas res non perscrutati sunt et si legem aliquam statuerunt, erraverunt.[1]

Nunc quae novi metrici paulatim addiderint, videamus. Postquam ars metrica per multa saecula neglecta iacuit, Ricardus Bentley primus metra Romanorum, Ricardus Porson metra principalia Graecorum accuratissime perquisivit. Ea, quae Porsonus in trimetro et tetrametro miro acumine ac summa diligentia observavit, iam leguntur in supplemento ad praefationem Hecubae. Miramur quod Porson cum derivantibus tetrametrum trochaicum a trimetro derivat (p. XLII). Etsi nonnulla optime invenit, tamen erroribus non liber est, putat exempli gratia caesuram principalem (penthemimerem quam vocat) semper requiri nullamque exceptionem restare, eos autem versus, in quibus caesura illa deest, velut Aesch. Pers. 168 (Weckl.) et Soph. Phil. 1402 corruptos esse. Quamquam comicos liberius versus condere, tribrachum in septimo quoque pede admittere scit, tamen si „tuto vitari potest“ istum pedem non admittere vult, ideoque laudat Arist. Nub. 575. Bentlei coniecturam πρόσχεις pro προσέχεις. Porro falso

[1] A Mario Victorino (p. 85, 4) distinguntur tetrameter Archilochius „qui ex omnibus trochaeis constet (?)“, tragicus, qui „plures spondeos habeat et sit elatior“, comicus „qui solutiones habeat complures et praecipue (!) dactylos et anapaestos“, satyricus „qui frequenter habeat tribrachum“. Haec omnia fere vera non esse videbis.

statuit neque tragicos neque comicos umquam dactylum admittere nisi in nominibus propriis (p. XLV), qua de causa omnes dactylos, quos invenit, verbis transponendis aut mutandis tollit.

Plurimi autem aestimamus illam sagacissimam inventionem, legem Porsonianam dico, quae in trimetro et tetrametro iambographorum et tragicorum valet (p. XXX): „Nempe hanc regulam plerumque in senariis observabant tragici ut, si voce, quae creticum pedem efficeret, terminaretur versus, eamque vocem hypermonosyllabon praecederet, quintus pes iambus vel tribrachys esse deberet". Quae regula semper a tragicis in tetrametris observatur; Eur. Hel. 1628., ubi exstat *ἀφίστασθ' ἐκποδὼν* in codicibus, Porson recte scribit *ἀφίστασ' ἐκποδών*.

Ex ipsa structura versus illa regula intellegitur, nam si cretico antecedit spondeus, versus claudere videtur, caesura hiat, quae versum dilacerat. Quae ut vitent, lyrici et tragici finem creticum vix adhibent, et ubi adhibent, brevis syllaba antecedit, quae currit ad multimum metrum.[1]

Is, qui primus totam artem metricam in libro praeclaro „Elementa doctrinae metricae" copiose explanavit, Godofredus Hermannus in tractando tetrametro trochaico (p. 81—89) non multum progressus est. Vidit caesuram in fine secundae dipodiae a comicis saepe neglegi, sed illos duos tragicorum versus, qui illa caesura carent, Aesch. Pers. 168 (Weckl.), Soph. Phil. 1402, sanos non esse putat. Porro recte cognovit in paribus tetrametri locis solutiones[2] minus saepe adhiberi quam in imparibus. Optime autem docet p. 83 inde ab Ol. LXXXIX (424—420)[3] maiorem incuriam in tragoediam invasisse, quam in primis in solutionum frequentia et modo cerni. Fortasse hic adiciendum est ex

[1] vide quoque Herman. Elem. p. 84.

[2] Sed non puto in Eur. Or. 73. *ἐς σὲ* quarti pedis esse mutandum in *εἰς ἐμὲ* ut tribrachus vitetur, idquod placet Hermanno (p. 83).

[3] Rossbach (p. 180) rectius dicit inde ab Ol. 90. 91 (420—416).

illo tempore tetrametrum omnino frequentius usitari. Rectius quoque Hermannus de dactylo iudicat, quem apud Epicharmum saepius observavit, sed Hephaestionis legem firmatam esse non putat (p. 85), quia dactylus solum nominibus aut propriis aut „piscium" efficiatur; in Aristophanis versibus Thesm. 706 et Eccl. 1156 dactylos mutare non vult, sed legit *ὀιῇ* et *ὀιά* per synecphonesin.

Venimus nunc ad Westphalium et Rossbachium, qui sagacitate et studio inter omnes excellunt. Cum Westphalius magis rhythmicos coleret, Rossbachius magis in metrica ratione versabatur. Optime egit de natura tetrametri, de solutionibus diversisque formis simplicissimis. Agnoscit dactylos etiam in verbis, quae non sunt nomina propria, agnoscit caesuras neglectas tragicorum. In altera[1] editione nonnulla correxit Rumpelium secutus. De huius opusculo iam breviter locutus sum. Statuit frequentiam solutionum, de constructione quoque nonnulla suspicabatur, sed solum numeros singularum formarum profert, rarissime nominat versum, de quo aliquid affert, ita ut eius observationes vix examinari possint.

Utilissima sunt pauca illa, quae Wilamowitzius de tetrametro dixit in Isylli carminum editione[2] p. 7 sqq. Contra eos vir doctissimus acriter pugnat, qui temere leges statuunt metricas et propter leges ab ipsis fictas poetarum verba mutant. Ita „innoxio" illi dactylo tandem viam facit (7,8): „Ich habe an der Zulässigkeit des Dactylus im trochaeischen Tetrameter der Komoedie nie gezweifelt, lasse ihn stehen, wo er steht, stelle ihn her, wo er mir hinzugehören scheint." Et postquam multa Epicharmi et Aristophanis exempla attulit unumque coniectura restituit, novum exemplum lapidi incisum Isylli nominat.

Restat, ut etiam Christii artem metricam[3] nomi-

[1] A. Rossbach, Specielle griech. Metrik. Leipz. 1889, p. 449 sqq.
[2] Phil. Unters. IX. Berl. 1886.
[3] Christ, „Metrik der Griechen und Römer". 1879, p, 294.

nemus, qui de eis, quae antecessores iam recte perspexerant rursus interdum dubitat. Dactylum ex omnibus versibus, in quibus non nomen proprium est, eicere ei placet.

Quod Gleditsch suo iure correxit. p. 133.

Caput II.

De tetrametri structura.

Postquam quae de tetrametro viri docti docuerunt attulimus, nunc ipsi de versus structura agere volumus. Ex carminum popularium fragmentis eisque Corinnae et Aristophanis carminibus, quae a popularibus prope absunt, elucet dimetrum vel choriambicum vel iambicum vel trochaicum perantiquum metrum populare fuisse.[1] Porro certum est eos versus liberrime compositos esse, ita ut exempli gratia, si libuit, in iambica metra potuerit inseri anapaestus vel in trochaica dactylus. In numero satis magno eorum versuum, qui e binorum dimetrorum popularium coniunctione orti sunt, est tetrameter trochaicus. In hoc pangendo comici veterum dimetrorum licentias servant, quamquam iambographi, qui eum in litteras induxerant, eosque secuti tragici multo severiores leges statuerunt. Primus „inventor" novorum versuum occurrit Archilochus iambographus, qui non solum trimetrum iambicum sed etiam tetrametrum trochaicum in poesin recepit,[2] cuius partes dimetrum acatalecticum et dimetrum catalecticum in carminibus popularibus invenit. Atque inter utramque partem caesura principalis vel potius diaeresis hiat, quae apud iambographos et tragicos vix

[1] cf. Wilamowitz, Choriambische Dimeter, Sitzungsber. der Berl. Akad. 1902, p. 886 sqq.

[2] Praeter Archilochum apud Suidam (sub nomine Phrynichi) etiam (Phrynichus tragicus tetrametri εὑρετής vocatur. Quem locum ita intellegere debemus, ut Phrynichus tetrametrum in tragoediam receperit.

neglegitur, apud antiquos comicos saepius, in media comoedia rarissime, in nova comedia omnino non.

Tetrametrum ex duabis partibus coaluisse etiam ex solutionum usu cognoscitur. saepissime enim tribrachus pro trochaeo in primo pede occurrit. inter reliquos autem pedes longe plurimos tribrachos exhibet quintus, i. e. alterius dimetri primus. Tribrachi primi pedis exemplum est Men. Sam. 212:

ἐπ' ἐμὲ καὶ πάνδεινα ποιεῖ πράγμαθ' ἡ Χρυσίς — τί φῄς;

tribrachi quinti pedis Ar. Av. 1083

κἀναγκάζει παλεύειν δεδεμένας ἐν δικτύῳ.

Etiam in aliis sedibus tribrachi leguntur. affero exemplum secundi pedis Ar. Ach. 710:

ἀλλὰ κατεπάλαισεν ἂν μὲν πρῶτον Εὐάθλους δέκα.

qui tribrachus fere semper cum tertio pede cohaeret; exemplum tertii exstat Ar. Pac. 615:

ταῦτα τοίνυν μὰ τὸν Ἀπόλλω 'γὼ πεπύσμην οὐδενός.

quarti pedis tribrachum ostendit Ar. Av. 353:

ποῦ 'σθ' ὁ ταξίαρχος; ἐπαγέτω τὸ δεξιὸν κέρας.

in sexto pede exstat tribrachus Ar. Vesp. 195:

οὗτος ὀψωνεῖν ἔοιχ' ἅνθρωπος ἐπὶ τυραννίδι.

in septimo pede invenitur Ar. Nub. 581:

εἶτα τὸν θεοῖσιν ἐχθρὸν βυρσοδέψην Παφλαγόνα.

Paullo minus usitata solutio quam tribrachus est anapaestus, qui adhiberi potest in secundo, quarto, sexto pede. Etiam huius exempla afferre volumus. Anapaestus in secundo pede exstat Ar. Nub. 1127:

τὸν κέραμον αὐτοῦ χαλάζαις στρογγύλαις συντρίψομεν.

in quarto pede Eur. Iph. Aul. 317;

τίς ποτ' ἐν πύλαισι θόρυβος καὶ λόγων ἀκοσμία;

in sexto pede Eur. Iph. Aul. 887:

οἰκτρὰ πάσχετον δέ· 'οὖσαι δεινὰ δ' Ἀγαμέμνων ἔτλη.

Quomodo singuli poetae singulas solutiones adhibuerint, infra videmus. Sed non solum una solutio, sed etiam plures in eodem versu inveniuntur, e. g. bini tribrachi, qui plerumque in primo et quinto loco stant, occurrunt Eur. Or. 1531:

Μενέλεων δ' οὐ τάρβος ἡμῖν ἀναλαβεῖν ἔσω ξίφους.

vel tribrachus et anapaestus e. g. Eur. Iph. Aul. 912:

οὐδὲ φίλος οὐδεὶς γελᾷ μου τάδ' Ἀγαμέμνονος κλύεις.

Praeter tribrachum et anapaestum omnibus in locis nonnumquam dactylus inveniri potest, quem antiqui poetae non plane, ut nonnulli viri docti putabant, repudiaverunt. Sed de hac re et de numero spondeorum, qui in paribus pedibus poni possunt, infra agere malo, ubi singulorum poeseos genera accuratius tractabo.

Iam diximus in plerisque versibus esse severe observatam illam diaeresin post secundum metrum. Quae ubi deest, alia caesura vel diaeresis invenitur e. g. Ar. Av. 294:

ὦ Πόσειδον, οὐχ ὁρᾷς ὅσον συνείλεκται κακόν

post thesin quartam, aut Ar. Av. 354:

τουτὶ ἐκεῖνο· ποῖ φύγω δύστηνος; οὗτος οὐ μενεῖς;

post trochaeum quintum. Praeter diaeresin principalem caesurae leviores occurrunt praecipue post secundum et tertiam thesin e. g. Ar. Av. 382:

χρήσιμον μάθοι γὰρ ἄν τις κἀπὸ τῶν ἐχθρῶν σοφόν.

Quomodo solutiones sint conditae et singula metra inter se cohaereant, suo loco tractabimus.

Hoc solum reliquum est, ut nonnulla de nomine et natura versus adiciamus. Nomen *τροχαῖος* a voce *τρέχειν* derivatum apud Hephaestionem, Aristidem Quintilianum, Dionysium Halicarnassensem (de comp. verb. 17 p. 19 U) alios exstat, cum ab Aristoxeno et Bacchio (p. 46 W) *χορεῖος*[1] adhibeatur. Et re vera tetrameter praecipue si arses sunt breves verbaque brevia, vim et impetum currentium optime reddit quod iam antiquus scholiasta ad Ar. Ach. 204 animadvertit: *γέγραπται δὲ τὸ μέτρον τροχαϊκὸν πρόσφορον τῇ τῶν διωκόντων γερόντων σπουδῇ. ταῦτα δὲ ποιεῖν εἰώθασιν οἱ τῶν δραμάτων ποιηταὶ κωμικοὶ καὶ τραγικοὶ ἐπειδὰν δρομαίως εἰσάγωσι τοὺς χορούς, ἵνα ὁ λόγος συντρέχῃ τῷ δράματι.*

Etiam Victorinus[2] tetrametrum „praeter cetera illustre"

[1] nomen chorei semper in metro choriambico servatum est.

[2] Gramm. lat. VI. p. 81. Keil.

et „aptum festinis narrationibus et agitatum et volubile“ vocat. Quae celeritas et motus rhythmi versum idoneum facit non solum ad parodum et epirrhema sed etiam ad illas novae comoediae scenas, ubi senes crepant et domini cum servis litigant. Sunt graeci tetrametri plane diversi ab germanicis,[1] qui celeritate carent (cf. Preisend mit viel schönen Reden). Illum motum cum gravitate optime Euripides coniunxit, qui acerrime distinxit, quibus scaenis tetrameter, quibus trimeter iambicus aptior esset. Nam hoc tenendum est naturam tetrametri a trimetro iambico tam diversam esse, ut minime alter pro altero adhiberi possit.

Caput III.

De iambographorum tetrametro.

Archilochum primum tetrametrum ex carminibus popularibus in litteras induxisse iam vidimus. Rossbachius (p. 184) fortasse recte putat hunc trochaicum versum antea iam in carminibus Dionysiacis exstitisse, quod concludit ex Arch. fr. 74:

ὡς Διωνύσοι' ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος
οἶδα διθύραμβον οἴνῳ συγκεραυνωθεὶς φρένας.

Porro tetrametrum apud Archilochum invenimus in versibus acerbis (e. g. fr. 55), et in versibus magno motu affectis e. g. in clarissimo fragmento Arch. 62: *θυμέ, θύμ' ἀμηχάνοισι κήδεσιν κυκώμενε.*

Si omnia computamus 68 tetrametrorum Archilochi fragmenta exstant apud veteres scriptores, ad quae nuper accesserunt 29 versuum fragmenta in lapide servata. Sed solum 55 versus sunt integri: fr. 17[2]; 18; 19; 51, 1–3; 52; 53, 1–5; 55, 1–4; 56, 1; 57; 58, 1; 59, 1—3; 60; 61, 2; 62, 1–7; 65, 1, 2; 66; 67, 1, 2; 68; 69, 1; 70; 71, 1–9; 72, 1—2; 73; 74, 1–2; 75, 3—4. Praeterea

[1] id Wilamowitzius monet, Einl. in die att. Tragoedie, p. 350.

[2] Cito secundum anthologiam lyricam, quam edidit Hiller-Crusius (1907), postquam inspexi Bergkii opus: Poetae lyrici Graeci (ed. IV, 1882).

nonnulla nuper Pari in insula reperta sunt fragmenta: quae primus Hiller v. Gaertringen publicavit (Ath. Mitt. 25. 1900 p. 1). Poetae ipsius versibus[1] Demeas quidam Parius vitam Archilochi illustravit. Magnopere dolemus, quod fortuna huic lapidi non arrisit; maxima pars lapidis est deleta ac ne unus quidem tetrameter integer est.

Post Archilochum Solon Atheniensis tetrametrum adhibuit eumque in Atticam poesin induxit. Cuius 12 versus Bergkius collegit, quibus ex Aristotelis Ἀθηναίων πολιτεία (ex capite XII, p. 43 J. Sandys) Crusius septem versus adiecit. Habemus igitur in Solonis fr. 28, 2—4, 29, 1—7; 30, 31, 1—9 undeviginti versus, accedit Bergkii fr. 35 (p. 55) quod Crusius non affert, ut sint 20 versus.

Demodoci unus tetrameter traditus est (p. 48 fr. 6 Cr.). Hermippi, qui etiam comoedias scripsit, quattuor tetrametri (p. 131 fr. 2 et 3 quod bene restitutum esse videtur), Ananii tres[2] (p. 67 fr. 5, v. 1, 4, 5), Anacreontis sex (fr. 70, v. 2, 4, 6; 73, 74, v. 1, 2). Inter fragmenta adespota huc pertinent fr. 9, fr. 10 (p. 160 Cr.), (etiam fr. 11 Rumpelius hic tractat, sed id esse comici poetae propter solutiones sexti et septimi pedis puto). Omnes quos attulimus poetae septimo, sexto quinto saeculo florent, quarto saeculo exeunti unus Scythinus a Dielso poet. philos. fr. p. 169 attribuitur, cuius duo tetrametri servati sunt[4] (Diels l. c., Crusius p. 143).

Tertio saeculo Isyllus Epidaurius tetrametros nonnullos satis inconditos lapidi insculpsit (Wilamowitz, Isyllus von Epidaurus p. 5 sqq.). Eadem fere aetate Callimachus tetrametros composuit, quorum mise-

[1] haec fragmenta invenies etiam in Diehlii supplemento lyrico[2] (Bonn 1910), p. 6.

[2] Si recte in fragmento ab Athenaeo VII, 282b allato tetrametris claudis tres legitimi inserti sunt.

[3] Sunt sane inter acatalecticos tetrametros mixti, sed quia ab aliis nullo modo differunt, hic eos tractare velim.

[4] Omitto quattuor illos, quos Wilamowitz sagacissime e Stobaei paraphrasi retinxit (Diels l. c. p. 170), quia nonnulla in eis incerta sunt.

rae reliquiae nuper Oxyrhynchi repertae sunt (Oxyrh. Pap. VII. p. 51 sqq.). Hos versus editor doctissimus Arturus Hunt libro iamborum tribuit, sed Joannes de Armim contra hanc opinionem argumenta haud spernenda protulit. (Sitzungsber. der Wiener Akademie 164. Bd. 1910, p. 24 sqq.).

Hanc materiam — sunt autem centum versus — tractare volumus. Praetermittere possumus epigrammata graeca, quae e lapidibus collegit Georgius Kaibel,[1] quia sunt posterioris aetatis et nullius fere momenti.

Nunc ad singula adeamus! Ex eis, quae iam diximus iambographos in tetrametris condendis procul afuisse a carminum popularium licentia, versusque satis severis legibus obstrinxisse elucet. Inter centum iambographorum versus 48 Archilochi, 18 Solonis, 1 Demodoci, 3 Ananiae, 2 Hermippi, 5 Anacreontis, 2 Scythini, 2 adespota, 3 Isylli omnino solutione carent, itaque solum ex trochaeis et spondeis constant; sunt autem 84%.

Ex septenis trochaeis compositi sunt: Archil. 53,1; 53, 3; 55, 2; 60; 62, 1; 71; Solon. 28, 2; 29, 2; 30, 1; 30, 4; 30, 6; 30, 7; Anan 5, 4; Anacr. 70, 4, in summa igitur 14 (14%).

Singulos spondeos habent Arch. 48; 19; 51, 1; 51, 2; 53, 4; 55, 4; 57; 58; 59, 2; 59, 3; 62, 3; 62, 6; 64; 65, 1; 65, 2; 67, 3; 70, 1[2]; 71, 3; 71, 5; 72, 2; 75, 4 (sunt Archilochi versuum 40%), Solon. fr. 30, 5; 30, 9 (10%), Anacr. 70, 2; 70, 6; Scyth. v. 3; adesp. 10; Isyll. v. 3; sunt omnium versuum 28%.

Binos spondeos invenimus apud Archilochum fr. 47; 51, 3; 52; 53, 5; 55, 3; 56; 61; 62, 4; 66, 1; 66, 2; 69; 71, 7; 71, 9; 74, 1; 75, 3, apud Solonem fr. 28, 3; 28, 4;

[1] Inter epigrammata tetrametris condita sunt 79, 3 sq.; 106 (in quo v. 4. una solutio invenitur *φιλόσοφος*); 782 (propter nomina propria rhythmus vix cognoscitur); 790. Solutionibus fere carent et ut iambographorum tetrametri in quarto loco plurimos spondeos habent.

[2] *α* vocis *ἄτη*, quod in vulgari sermone longum est, hoc loco est brevis (vide Bergk. p. 403); Hermanus in eo offendit et scripsit *ἄλη* (Elem. p. 86).

29. 1; 29. 4; 29. 5; 29. 6. 29. 7; 30. 2; 30. 3; 30. 8. apud Demodocum fr. 6. Apud Ananiam fr. 3. in adespotis fr. 9 (in summa 28 %).

Terni spondei exstant Archilochi in fragmentis 62.7. 71,4; 71.6; 72. 1; 73; 74.1. apud Solonem tales versus non leguntur. Exstant autem in Anan. fr. 5. Anacr. 74, 1; 74. 2; Herm. 2.2; 3.2; Scyth. 2; Isyll. v. 5.6 (14 %).

Quotiens spondeus in singulis pedibus occurrat. haec tabula doceat;

Jambographorum spondei:

poeta	summa versum	II		IV		VI	
Archilochus	55	30		40		12	
Solon	20	6		11		7	
Domodocus	1	1		1			
Ananias	3	1		2		2	
Hermippus	4	3		4		2	
Scythinus	2	1		2		1	
Adespota	2			2			
Anacreon	6	4		4		3	
Isyllus	7	4		6		4	
Summa:	100	50	50 %	72	72 %	31	31 %

Quae adhuc evolvimus, docent. iambographos spondeis frequentissime usos esse; sed usus in singulis pedibus est diversus. Rarissime exstat spondeus in sexto pede (31 %), quod per se ex constructione versus intellegitur. nam post spondeum vox facilius desinit quam post trochaeum ita, ut ultimus creticus ab altera versus parte separetur. Plures autem spondei in quarto pede inveniuntur (72 %), quia post eum diaeresis principalis legitur. Rarius iterum spondeus in secunda sede exstat.

His simplicissimis formis absolutis ad solutiones nunc ire licet. quae apud iambographos non saepe inveniuntur. Si Isyllum neglegimus. qui tetrametros fere in modum Epicharmi condidit,[1] solum 12 tribrachos habeamus. si Isylli tribrachos adicimus. sunt 15. In pede p r i m o sex tribrachi exstant: Arch. 62. 2 *ἄναδε*;[2]

[1] cf. Wilamowitz l. c. p. 7.

[2] *ἄναδε* ex *ἐνάδε* codicum Buecheler recte coniecit (Grotius scripsit *ἄνεχε*).

71, 8 θ' ἐνάλιον, Sol. 29, 3 περιβαλὼν; 35 (Bergkii) ἃ μὲν ἄελπτα[1]; Isyll. 4 πάλιν ἐπαγκρατέων, 7 ὁ νόμος. Tribrachi syllabae semper — si Isylli v. 4 omittimus — uno verbo efficiuntur praeter unum Solonis versum, ubi tribrachus constat ex pronomine relativo cum particula et prima adiectivi syllaba. In secundo pede tribrachus legitur in Herm. fr. 2, 1 Κυλικράνων, qui tribrachus est initium nominis proprii, quod etiam in pedem tertium pertinet. In tertio pede invenimus Arch. 17, 2 θαυμάσιον, ἐπειδή, quam structuram mireris, quia tribrachus in duas non coniunctas voces est divisus, quod rarissime in tetrametri solutionibus accidit, porro apud Isyllum in v. 2: ἰσχυρότερος, v. 7 ὃν ἐπέδειξα. In sede quinta nobis occurrit Arch. 62, 5 καταπεσὼν, in fragmento 63, mutilo παρὰ φίλων cognoscitur; Anacr. 73 legitur ἀναμεμείξονται. In sexto pede exstat Arch. 55, 1 διαπεπλιγμένον et Herm. 2, 1 σπληνόπεδον ἀφικόμην. Denique in septimo pede Isyll. v. 2 ἀνδραγαθίας. Hi omnes aut uno verbo aut, quod idem est, praepositione et nomine efficiuntur.

Priusquam tabula solutiones complectar, eos versus numerabo, in quibus binae solutiones exstant. Tribrachus bis invenitur et in Hermippi fr. 2, 1 in pede secundo et sexto, et in Isyll. v. 2 in pede tertio et sexto, et in v. 7 in pede primo et tertio. At notandum est Hermippum ut poetam comicum paullulum declinasse a veterum iambographorum legibus, Isyllum omnino non eorum severas leges observasse, ita ut contendere possimus a meris iambographis binas solutiones non admitti.

Pauca de anapaestis dicenda sunt. Incerti anapaesti sexti pedis sunt Arch. 68 Νεοβούλης θιγεῖν et fr. 59 περίφημος θανών, quia alter per synizesin fortasse in spondeum mutari potest, alter non in optimis codicibus legitur, ut de eo viri docti non consentiant[2]. Certus anapaestus est in Hermippi fr. 3 σεσαλακωνισμένην. Iam-

[1] sic cum Gaisfordio scribendum est, in codicibus legitur ἅμα γὰρ vel ἃ μὲν γάρ.

[2] etsi mihi haec lectio optime placet.

bographi anapaestum paene vitavisse videntur haud minus quam dactylum, qui apud priores omnino non invenitur, postea apud Isyllum semel in v. 1

δᾶμος εἰς ἀριστοκρατίαν ἄνδρας αἰ προάγοι καλῶς.

Sunt igitur paucae solutiones apud iambographos et mirum est epigrammata graeca et fragmenta Callimachi eis fere carere. Ubi exstant, sunt plerumque uno verbo contentae aut duobus, quae arte sunt coniunctae. Numerum ex hac tabula videre potes:

Iambographorum		tribrachi								anapaesti			
poeta	summa	1	2	3	4	5	6	7	summa	2	4	6	summa
Archiloch.	55	2	—	1	—	2(1?)	1	—	5(+1?)			1+1?	2
Solon	20	2	—	—	—	—	—	—	2			—	—
Demodocus	1	—	—	—	—	—	—	—	—			—	—
Hermippus	4	—	1	—	—	—	1	—	2			1	1
Ananias	3	—	—	—	—	—	—	—	—			—	—
Scythinus	2	—	—	—	—	—	—	—	—			—	—
Anacreon	6	—	—	—	—	1	—	—	1			—	—
adespota	2	—	—	—	—	—	—	—	—			—	—
Isyllus	7	2	—	2	—	—	—	1	5			—	—
	100	6	1	3	—	2(+1?)	2	1	15			2(+1?)	2(+1?)

Accedit dactylus Isylli, ut 16 versus habeant solutiones, vel si Isyllum, ut par est, non inter meros iambographos numeramus, in 93 tetrametri, solum 11 versus habent 12 solutiones (10 %). Tribrachi saepius in imparibus locis praecipue in pede primo et quinto exstant, anapaesti solum in loco sexto.

Reliquum est, ut de diaeresi et, quomodo utraque pars tetrametri sit coniuncta, loquamur. Inter 55 Archilochi versus solum fr. 47; 53,1; 56; 64; 65,1; 65,2; 66,1; 71,9 in diaeresi sententiam finiunt, apud Solonem septem exempla (fr. 29,1; 29,5; 30,1; 30,4; 30,6; 30,7; 30,8), apud Anacreontem fr. 74,1, apud Scythinum fr. 1,2 singula exempla exstant (sunt 16 %). In aliis versibus sententia supra caesuram progreditur et plerumque versu exeunte finitur. Saepius in medio quoque versu sententia finitur, ita ut praeter diaeresin principalem alia caesura oriatur. Claudunt iambographi sen-

tertiam post secundam thesin e. g. in Arch. fr. 59,2:

γίγνεται· χάριν δὲ μᾶλλον τοῦ ζοοῦ διώκομεν.

et in Arch. 51,1; 58; 62,4; 62,7; 70; 71,6; Sol. 28,2; 29,4; 30,6; adesp. 10: aut post tertiam thesin e. g. Arch. fr. 51,3:

σῆμα χειμῶνος· κιχάνει δ' ἐξ ἀελπτίης φόβος.

etiam in Arch. fr. 71,2 ubi tribrachus interpunctione dilaceratur[1]; 72,2; (58,2); Sol. 28,4; 29,3; Anacr. 74,2.

Post trochaeos praecipue post secundum et sextum iambographi incisionem vitant. Optime autem primi trochaei Arch. fr. 62,1 et 2 *θυμέ* et *ἄνασδ'* a reliquis separati sunt, ut singularem quendam affectum pingant. Fere nunquam ante creticum finalem sententia finitur, immo iambographi raro ultimum creticum sive uno sive pluribus verbis integris formant — solum in Arch. fr. 52; 59,3; 62,6; 66,3; 69,1; 71,5; 71,8; 71,9, 75,3;[2] Sol. 30,1; 30,5; 30,6; Anan. 5,4. Sunt autem hi cretici arte cum antecedentibus verbis coniuncti, et semper eis syllaba brevis antecedit, ne rhythmus interrumpatur (lex Porsoniana).

Ut vidimus, iambographi ut utramque versus partem coniungerent, operam dederunt. Per se igitur mirum non esset, si diaeresin interdum neglexissent. Et re vera, iam exempla afferre possum. In novis Archilochi fragmentis legimus initium versus p. 7, 57 Diehl:

τῇ μάχῃ λαὸς παρεσταθείς.

Etsi haec caesura neglecta apud Archilochum mira est, tamen mea quidem sententia illam veterem legem: „iambographi non laedunt caesuram" coniectura restituere non licet, id quod facit Leo[3], qui corrigere vult *παραστάς εἶτ'* . . . nam etiam apud Callimachum caesuram nonnunquam laesam esse videmus v. 390.

παίγνια Τριτωνὶς ἤνεγκεν κόρη;

vide etiam v. 422:

. . .ς ἀρχαίους δ' ἀμείψαι φίλους.

[1] iambographi solutiones, quae ex verbis integris constant, vitant.

[2] in Arch. fr. 53_1 et 60 cretico antecedit monosyllabon.

[3] De Horatio et Archilocho Gott. 1900, 6.

et v. 131 . . . γένειον ἀγρυέειν τριχός:
fortasse etiam in v. 132 deest diaeresis

λ]όγοι[ς] χαίρωσι . ρπα . . . .

In Isylli tandem tetrametris semel diaeresis deest v. 2

αὐτὸς ἰσχυρότερος· ὀρθοῦνται γὰρ ἐξ ἀνδραγαθίας.

quo in versu caesura post tertium pedem hiat; sed huius ars metrica omnino a iambographorum diversa est.

Caput IV.

De tragicorum tetrametris.

Tragicorum tetrametri plures aetatem tulerunt, quam iambographorum. Phrynichus eis primus in tragoedia usus est secundum Suidam s. v., sed iam Thespin eos adhibuisse e loco Aristotelis poet. 4 concludere licet. Duos Phrynichi tetrametros ex Ammonii scholiis ad Hom. Φ (Oxyrh. Pap. II) sagaciter restituit Dielsius (Mus. Rhen. LVI, 33), sed singula metra in eis non tam certa sunt, ut uti eis audeam. Apud Aeschylum maiores partes Persarum tetrametris conditi sunt 158–178 (dialogus inter chorum et Atossam) 218–251 (dialogus inter chorum et Atossam), in quibus dolor et cura propter Xerxis in Graeciam iter optime pinguntur. Sed ex illo tempore in Aeschyli, Sophoclis prioribusque Euripidis fabulis tetrametri fere desunt, quia hunc versum longiorem et tardiorem esse, quam ut ad dialogum quadraret, poetae senserunt. Solum in Agamemnone 28 tetrametri occurrunt: 1343, 1345, 1346, 1649–1673.

Apud Sophoclem rarissime inveniuntur, solum in Oed. tyr. sedecim versus (1515—1530), in Oed. Col. quattuor (886—889), in Philoctete sex (1402–1407) leguntur. Quibus tetrametris Sophoclis commune est eos in iis locis inveniri, ubi anapaestos exspectamus: in Oedipodis tyranni exitu, ubi Creon cum Oedipode in domum it, in Oedipode Coloneo, ubi Theseus rex apparet, in Philoctete, ubi Neoptolemus et Philoctetes

abire volunt. Sunt igitur 26 Sophoclis versus nobis tractandi.

Apud Euripidem priores fabulae tetrametris omnino carent, postea demum, cum Euripides in rhythmis multa novabat, inde ab anno fere 420, tetrametros saepius invenimus. Sic in Heracle (855—873) post Lyssae sermonem trimetris compositum sequitur Iridis et Lyssae iratarum stichomythia brevis tetrametris condita et eisdem metris iterum Lyssae sermo utitur, quo nobis illam Herculis horridam alienationem mentis ante oculos ponit. In Ione ille excitatus dialogus tetrametris conditus est in quo pater filium paulatim agnoscit (510—565), postea tetrametri v. 1250—60 Creusae matris desperationem pingunt, denique v. 1606—22 omnes Apollinem praedicant. In Troadibus, in quibus Euripides Troianorum partes tenet Cassandra, postquam trimetris Ulixis errores praenuntiavit, in trochaicum rhythmum transiens Agamemnonis horribilem fortunam praedicit (444—461), cuius domum ipsa delebit:

ἥξω δ' ἐς νεκροὺς νικηφόρος
καὶ δόμους πέρσασ' Ἀτρειδῶν ὧν ἀπωλόμεσθ' ὕπο.

In Iphigenia Taurica item iambicus rhythmus in trochaeos vertitur, stichomythia in antilabas (1203—1221), tum Iphigenia sola loquitur (1222—1233). In Helena exstant versus tumultuosi (1621—1641), ubi Theoclomenus (*τέχναισι γυναικείαις αἱρεθείς*) Helenam ulcisci vult fidusque servus eam defendit. In Phoenissis Eteocles cum Polynice magna excitatione altercatur (588—637); pro anapaestis stant 1308.9, in v. 1335—1339 utriusque fratris mortis nuntius affertur, quam in fine Oedipus queritur v. 1758—1763.[1] In Oreste, quae fabula est condita summa rhythmi et scaenici apparatus arte tetrameter adhibetur, ubi Pylades periculum imminere Orestem et Electram certiores facit omnesque, quid sit faciendum deliberant (729—806). Ad comoediam illa scena vergit, in qua

[1] sed versus 1737—1763 spurios esse Wilamowitzius demonstravit. (Sitzungsber. der Berl. Akad. 1903 587 sqq.)

Phrygem, qui nil magis quam gladium timet, Orestes persequitur (1506–1536). Denique chorus 1549–53 tetrametris utitur. Etiam in Bacchis v. 604–41 tetrametri reperiuntur, in quibus Dionysus quomodo Penthei catenas effugerit, narrat. In Iphigenia Aulica Agamemnonis et Menelai fratrum altercationem tetrametris compositam habemus (317–75), sed non vult Agamemnon permittere, ut filia necetur (378–401). Deinde invenimus tetrametros in scaena stichomythica inter Achillem, senem, Clytaemestram (855–916) et in scaena egregia, in qua Iphigenia post longum dialogum inter Clytaemestram et Achillem se paratam esse ad moriendum declarat (1338–1401).

Duabus rationibus Euripides tetrametros adhibet, aut ut res graves sollemniter nuntiet, ut Herc. 858 sqq., Troad. 444 sqq., Iph. Taur. 1222 sqq., Bacch. 604 sqq., Iph. Aul. 1368 sqq., aut ut vivaces altercationes, quae stichomythice incipere et paulatim in antilabas abire solent, illustret cf. Jon. 510 sqq., 1250 sqq., Iph. Taur. 1203–1221, Hel. 1621 sqq., Phoen. 588 sqq., Orest. 729 sqq., 1506 sqq., Iph. Aul. 317–333, 855–900, 1338–1368. Ad utrumque usum tetrametros mira arte aptavit.

Porro etiam Rhesum fabulam, quam Euripidis non esse constat,[1] adicere debemus, in qua tetrametri exstant (683–90 (685 excepto), 730, 732). Accedunt de perditarum tragoediarum Aeschyli fr. 60 (graviter corruptum), Euripidis fr. 66, 245, 283, 536, 545, adespota tragica fragmenta 113, 119, 137, 140, 514 (12 versus).

Si igitur repetere licet: apud Aeschylum exstant 142, apud Sophoclem 26, in Euripidis fabulis 598 (Her. 19; Jon. 84; Troad. 18; Iph. Taur. 31; Hel. 21; Phoen. 63; Orest. 114, Iph. Aul. 210, Bacch. 38), in Rheso et in fragmentis 22 — sunt 788.

Nunc ad singulas tetrametri formas! Permulti ver-

[1] cf. Dieterich, Pauly-Wiss. II. 1264 sq.

sus tragicorum solutionibus carent et solum ex trochaeis et spondeis consistunt. Sunt apud Aeschylum 126 (88 %), apud Sophoclem 21 (81 %), apud Euripidem in Heracle 13, in Jone 63, in Troadibus 15, in Iphig. Taur. 23, in Helena 15, in Phoen. 49, in Oreste 76 in Bacch. 24, in Iph. Aul. 118 (66 %), in Rheso et in fragmentis 19. Jam ex his numeris elucet Sophoclem et praecipue Aeschylum severius versus condere quam Euripidem.

Primum versus computamus, qui habent septenos trochaeos. Sunt Aesch. Pers. 168, 176, 218, 222, 228 (coniecturis haud necessariis Weilius duos spondeos in hoc versu restituit), 231, 232, 251, 723, 728, Ag. 1661, 1666, 1673; Soph. Oed. tyr. 1520; Oed. Col. 886; Eur. Her. 857; Ion 520, 531, 549, 548, 553, 558, 564; Iph. Taur. 1225; Hel. 1622; Phoen. 592, 622, 623, 1761; Or. 748, 760, 1507, 1520, 1528, 1530; Bacch. 615, 628; Iph. Aul. 366, 393, 862, 874, 878, 894, 914, 1360, 1371, 1387, 1397; Rhes. 730 (in summa sunt 49 = 5,5 %). Haud frequenter tragici versibus septenorum trochaeorum utuntur, cum apud iambographos 15 % omnium versuum ita conditi sint.

Saepius leguntur versus, qui habent singulos spondeos Aesch. Pers. 158, 167, 170, 172, 219, 220, 225, 227, 230, 235, 243, 268, 280, 699, 700, 701, 706, 707, 714, 719, 721, 725, 727, 730, 732, 733, 738, 740, 741, 746, 748, 753, 755, 756, 757; Ag. 1650, 1651, 1652, 1656, 1657, 1658, 1659, 1662, 1663; Soph. Oed. tyr. 1523, 1527, 1529; Oed. Col. 889; Phil. 1403; Eur. Her. 855, 856, 861, 864; Jon. 513, 515, 516, 518, 521, 526, 527, 528, 530, 533, 536, 542, 545, 546, 547, 550, 551, 555, 561, 563, 565, 1252, 1255, 1259, 1260, 1607, 1612, 1613, 1617, 1619; Troad. 446, 448, 456; Hel. 1621, 1628, 1630, 1632, 1634, 1637, 1639; Phoen. 589, 593, 596, 599, 601, 610, 611, 614, 618, 619, 626, 629, 630, 631, 662, 1335, 1338, 1339, 1408, 1762, 1763; Or. 729, 737, 739, 741, 742, 744, 752, 754, 759, 761, 763, 768, 771, 779, 780, 792, 794, 800, 801, 803, 804, 805, 1506, 1508, 1511, 1512, 1513, 1521, 1523, 1551, 1552, 1553; Bacch.

604. 607 610. 611. 614. 620. 621. 622. 624. 626. 638. Iph. Aul. 318. 325. 333 340. 345. 350. 353 354. 367. 370. 381 391. 394. 396. 855. 856. 858. 864. 868. 872, 876. 880. 891. 898. 900. 904 905. 906. 909. 915. 916. 1338, 1339. 1344 1361. 1362. 1364 1367. 1369 1378. 1380. 1393. 1395, 1396; Rhes. 683. 686. 689. 690. 732; fr. ad. 137. 514. Sunt in summa 212 versus (27 %).

Bini spondei exstant Aesch. Pers. 159. 162. 164. 165, 166. 169. 171, 174, 175, 178. 223, 224. 229, 233. 236. 238. 240 244. 245. 751. 752. 754. 757. 758. 759. 760; Ag. 1649. 1655. 1660. 1664.1668. 1669. 1670. 1672. Soph. Oed. tyr. 1516, 1517. 1524. 1525, 1528. 1530; Phil. 1404, 1407; Eur. Her. 858, 867, 868, 869; Jon. 510. 517. 519. 524. 525. 529. 537. 541. 557. 559. 562, 1251. 1253. 1257. 1258. 1608. 1609, 1616. 1619. 1620. Troad. 444, 445, 451, 452. 455, 457, 458. 459. 461; Iph. Taur. 1203. 1206 1207 1214 1218. 1220. 1222. 1223. 1226. 1228. 1229. 1230. 1233. Hel. 1623. 1624. 1626. 1631. 1640 1641. Phoen. 588. 591. 597. 598, 603. 606. 616. 621. 624 625. 627 628. 633. 634. 1758. 1759. 1760. Or. 733. 735, 743, 746, 749, 758, 759. 762. 764. 773, 776. 778. 781. 782. 783. 787. 789. 793 796. 799. 1509. 1517. 1518 1522 1527. 1533. Bacch 605, 608, 612. 618. 631. 632. 633. 640. 641. Iph. Aul 322. 327. 328, 335, 338. 339. 361 365. 371. 374. 380. 384. 395 860. 861. 866. 867. 870. 873. 877. 892. 896. 902. 903. 907. 908. 913. 1342. 1343. 1348. 1350. 1351. 1352. 1355. 1356. 1358. 1368. 1372. 1374. 1375. 1376. 1377. 1379. 1389. 1390. 1394 1401. fragm. Eur 66. 245, 1, 245, 2, 545, 1. 2; fr. adesp. 119 110. Rhes 729. Sunt 202 versus (25 %).

Ternos spondeos habent Aesch. Pers. 160. 161. 163. 173. 234. 239. 244. 708. 711, 718, 720. 726, 731, 737. 747; Ag. 1343. 1345. 1654. 1665. 1667. 1671. Soph. Oed tyr. 1518. 1519. 1522. Phil 1402. Eur. Her 859. 862. 872. 873. Jon 514. 522 523. 532. 1611. 1618. 1622; Troad. 450 454 460. Iph Taur 1208. 1209. 1210. 1212. 1237. Hel. 1627. Phoen 590. 593 600. 604. 635. 1309. 1336. Or. 734. 753. 755, 770. 775, 777. 791, 802,

806. 1514. 1520. 1532. 1550; Bacch. 636. 637; Iph. Aul. 320. 323. 341. 351. 360. 373. 383. 401. 871. 875. 889. 899. 1347. 1365. 1381. 1398. 1400; Eur. fr. 283; Rhes. 684. Sunt 86 versus ita compositi (11 % fere).

Ex hac enumeratione elucet tragicos tot fere tetrametros binorum spondeorum quot singulorum composuisse. Quoties omnino spondeum adhibuerint, haec tabula ostendat:

Tragicorum spondei.

Poeta et fabula	Summa versuum	II.		IV.		VI.	
Aeschyli							
Persae	114	60		78		49	
Agamemnon	28	21		22		12	
Sophoclis							
Oed. tyr.	16	10		13		7	
Oed. Col.	4	1		1		1	
Philoct.	6	3		6		3	
Euripidis							
Herakles	19	12		14		11	
Jon	84	39		58		26	
Troades	18	9		18		11	
Iphig. Taur.	31	22		18		14	
Helena	21	7		13		4	
Phoenissae	63	28		50		21	
Orestes	114	51		73		47	
Bacchae	38	14		22		17	
Iphig. Aul.	210	99		132		80	
fragm.	12	7		9		6	
Rhesus	10	2		7		2	
	788	385	= fere 48 %	532	= 67 %	311	= 40 %

Ut apud iambographos spondeus rarius in sexto pede, paullo saepius in secundo, saepissime in quarto pede ante diaeresin legitur.

Nunc ad solutiones accedamus. Ut apud iambographos statuere licet plerosque tribrachos in pede primo et in pede quinto exstare, sed eos etiam in aliis pedibus inveniri; contra anapaestus saepius, quam apud iambographos in omnibus pedibus invenitur, in quibus adhiberi potest. Praeter numerum solutionum etiam earum structuram observare necesse est.

In primo pede leguntur 86 tribrachi (sunt fere 11 % omnium versuum): Aesch. Pers. *τὰ δ' ἀγάθ'*. 242 *πότερα*, 713 *βίοτον*. 716 *διαπεπόρθηται*. 717 *τίνι τρόπῳ*. 743 *διὰ μακροῦ*. 750 *περιβαλών*. 736 *μονάδα*. Ag. 1653 *δεχομένοις*: Soph. Oed. tyr. 1513 *ἄλις ἵν'*. 1521 *ἄπαγε*: Phil. 1405 *τί γὰρ ἐάν*. 1406 *τίνα προσωφέλησιν*: Eur. Her. 860 *τάχος ἐπιρροίβδην*. 871 *τάχα σ' ἐγώ*. Ion. 1256 *ἱκέτιν*. 1615 *χρόνια*. 511 *θυοδόκον*. 552 *ἐθιάσευσ'*. 534 *ὁ δὲ λόγος*. 535 *τίνα συνάντησιν*. 541 *φέρε λόγον*. 549 *διὰ μακρᾶς*: Troad. 149 *ἔδανε*. 453 *ἴτ' ἀπ' ἐμοῦ*; Iph. Taur. 1211 *μυσαρά* 1215 *σὺ δὲ μένων*. 1224 *μυσαρόν*: Phoen. 595 *φόνιον*. 605 *κλέπτε*, 608 *ἀδικίᾳ*. 609 *ἀνόσιος*. 626 *ὅδε γάρ*. 637 *ἔθετο*: Or. 731 *ἐπὶ σέ*, 732 *τί τάδε*. 736 *Μενέλεως*. 740 *χρόνιος*. 745 *σὺ δέ τίνας*. 765 *Στρόφιος*. 766 *ἴδιον*. 767 *ὅτι συνηράμην*. 785 *θάνατον*. 786 *νέον*. 788 *δάκρυα*. 806 *περιβαλών*. 1516 *ὅμοσον*. 1519 *ἄπεχε*. 1531 *Μενέλεων*. 1534 *τὸν Ἑλένης*. Bacch. 606 *διατινάξαντος* (versus a Musgravio et Wilamowitzio sanatus) 623 *ἀνετίναξ'*. 627 *διαμεθείς*. 634 *πικροτάτους*. 635 *διαμεθείς*. Iph. Aul. 319 *σὺ δὲ τί*. 329 *τί δέ σε*. 330 *ὅτι τό*. 332 *πλάγια*. 336 *ἀποτρέπον*. 346 *τὸν ἀγαθόν*. 368 *τὰ μὲν ἐπί*. 369 *ἀδύνατον*. 372 *καταγελῶντας*. 375 *πόλεος*. 379 *βλέφαρα*. 382 *τίς ἀδικεῖ*. 390 *ἀναλαβεῖν*. 392 *φιλόγαμοι*. 397 *παρὰ δίκην*. 398 *ἐμὲ δέ*. 399 *ὄνομα*. 857 *τίς ὁ καλῶν*. 859 *τίνος; ἐμός*. 865 *ὁ λόγος*. 884 *ὁ δὲ γάμος*. 885 *ἵν' ἀγάγοις*. 890 *σὺ δὲ τάδ'*; 895 *Μενέλεως*. 897 *ἔκλυον*. 910 *ὄνομα*. 1340 *διαχαλᾷ*. 1341 *τί δὲ τέκνον*. 1383 *τὸν Ἑλένης*. 1391 *τί δὲ τέκνον*. 1399 *διὰ μακροῦ*.

Si constructionem pedum consideramus, id est tenendum articulum et praepositiones ita cum substantivo cohaerere ut voces integrae non sentiantur, etiam particula *δέ* inter articulum et nomen insertum cum utroque fere coalescit. Praeterea per elisionem verba coniunguntur. Plerumque autem solutiones uno verbo formantur. Ita inter 86 primi pedis tribrachos 60 uno verbo formantur, si articulum cum nomine et praepositiones cum nomine pro uno verbo numeramus, in iis 26 verbo integro, 22 initio alicuius vocis, binis verbis construuntur 19, ternis 7 tribrachi, sed ita ut partes tri

brachi grammatice coniunctae sint praeter Philoct. 1405 et Eur. Iph. Aul. 859. ubi post thesin interpunctio stat.

In secundo pede inveniunter novem tribrachi: Aesch. Pers. 722 *ἀμφότερα. διπλοῦν.* Eur. Or. 769 *Μενέλεω.* Bacch. 619 *περὶ βρόχους.* 629 *Βρόμιος.* Iph. Aul. 345 *δυσπρόσιτος ἔσω.* 356 *παρεκάλεις.* 387 *καλόν. ἔχειν.* 394a *ἀσύνετον.* 1349 *ἐς θόρυβον ἐγώ.*

Praeter parvum huius pedis tribrachorum numerum. nonnulla alia mira sunt. F e r e o m n e s praeter Eur. Bacch. 629. ubi verbum integrum legitur p e d e s c u m t r o c h a e o s e q u e n t i c o h a e r e n t. tres quoque cum antecedente. Quattuor tribrachi binis verbis formantur. in iis duo medio in pede habent interpunctionem. Ex structura. quam apud omnes fere tetrametorum poetas invenimus. elucere videtur eos operam navavisse. ut primum et secundum metrum arte coniungerent. quod saepius infra comprobabitur.

Tertio in pede exstant: Eur. Her. 863 *στάδια δραμοῦμαι.* Phoen. 612 *ἀθέμιτον.* 615 *πατέρα δέ.* Iph. Aul. 319 *ἔριν ἀφῖξαι.* 321 *ἀνακαλύψω.* 331 *τὸν ἐμόν.* 364 *οὐκέτι θυγατρός.* 385 *τὸ φιλότιμον.* 400 *βραχέα.* 883 *Ἀρτέμιδι.* 1263 *ἴδια.* 1370 *δ' ἀδύναθ'.* Inter 12 tertii pedis tribrachos quattuor medio in verbo incipiunt. ceteri a verbi initio: quattuor verbo integro formantur[1]: verbi initium faciunt tres. unus duobus arte coniunctis verbis formatur. Cum Aeschylus et Sophocles tertio in pede tribrachum non adhibeant. Euripides eum plerumque a verbi initio incipit.

In quarto pede solum 6 tribrachi inveniuntur Eur. Iph. Taur. 1232 *ἐσόμεθα.* Or. 736 *ἐς ἐμέ.* 1524 *σύνεσις.* Iph. Aul. 346 *μεγάλα.* 884 *πρόφασιν.* 1382 *ὄλεθρον.* qui tribrachi omnes fere ex uno verbo integro constant. Ne in hunc quidem pedem Aeschylus et Sophocles tribrachum admittunt.

Iam incipit alter dimeter et quia pede quinto versus quasi denuo incipit. in hoc iterum plures tribrachi ex-

[1] semper articulum cum nomine et praepositiones cum nomine pro uno verbo numero.

stant: Aesch. Pers. 177 *ὀνείρασι*. 226 *κάτοχα* 710 *βίοτος*. 237 *βασιλέως*. 242 *διὰ χερός*. 246 *πολεμίοις*. Ag. 1345 *βασιλέως*:[1] Soph. Phil. 1406 *βέλεσι*. Eur. Her. 865 *ὁ δὲ κατόπιν*. 866 *πρὶν ἄν ἐμάς*. 870 *ἀνακάλει*. Ion. 512 *τρίποδα*. 538 *πόδα σόν*, 539 *δέο μίαν*, 545 *ἀναφέρω*. 551 *ὁ πότμος*. 556 *πατέρα*. 562 *μακάριον*, 560 *πιθόμενος*. 1250 *θανασίμους*. 1254 *διαφυγοῦσα*. 1606 *θύγατερ*. 1614 *μεταβαλοῦσ'*. Troad. 147 *Δαναΐδων*; Iph. Taur. 1205 *ἴτ' ἐπί*. 1216 *καθαρόν*. 1221 *ὅδε πέσοι*. 1231 *καθαρόν*; Hel. 1625 *Μενέλεων*. 1629 *μεγάλα*. 1633 *προδοσίαν*. 1635 *ὅς ἔλαβεν*. 1636 *τὸ δὲ χρεών*. 1638 *ὅσια*: Phoen. 602 *τὸν ἐμόν*. 605 *πατρίδ' ἐπεστρατευμένον*. 609 *πατρίδος*. 613 *ἀνακάλει*. 617 *ἀνακαλεῖς*. 636 *ὄνομα*. 1337 *μεγάλα*: Or. 740 *κακὸς ἐφωράθη*. 747 *τόδε γάρ*. 750 *θυγατέρας*. 751 *θυγατέρος*. 756 *ἐπὶ φόνῳ*. 757 *διὰ φόνον*. 765. *φυγάδα*. 766 *ἐπιφέρων*. 772 *ὅταν ἔχωσι*. 774 *τίνος ἀναγκαίον*. 784 *μέγα γάρ*. 790 *τί τόδε*. 795 *φίλα γ' ἔχων*. 797 *τό γε δίκαιον*. 1510 *Μενέλεῳ*. 1525 *καλὸν ἔπος*. 1531 *ἀνελάβετε*. 1536 *δύο νεκρώ*. 1549 *Μενέλεων*: Bacch. 509 *πόνασ' ἔχοντα* 616 *ὅτι με*, 619 *γόνασι*, 630 *ὁ δ'ἐπί*. 639 *τί ποτ'ἄρ'*. Iph. Aul. 319 *Μενέλεως*, 321 *βλέφαρον*. 326 *ἃ σὺ κάκ'*. 336 *κατιπερὼ*, 332 *τὰ δὲ πάλαι*. 337 *Δαναΐδας*. 342 *τὸ φιλότιμον*. 343 *μεταβαλών*. 345 *σπάνιος*. 347 *τότε μάλιστα*. 348 *δυνατός*. 349 *ἵνα σε*. 352 *Δαναΐδα*. 355 *πεδίον*. 356 *τίνα δέ*. 357 359 *Δαναΐδας*. 362 *πρόφασιν*. 363 *μεταβαλών*. 368 *ἕτερον*. 369 *διαφυλάξασθαι*. 372 *διὰ σέ*. 375 *ξυνεσιν*. 378 *βραχέα*. 386 *τὸ λελογισμένον*. 388 *μετετέθην*. 389 *ἀπολέσας*. 865 *χρόνον ἔχει*. 869 *ἔλαβεν*. 879 *ἵνα πορεύομαι*. 881 *Μενέλεως*. 889 *σπαράγματον*. 893 *ἔνεχε*. 897 *τὸ δ'ἐμόν* 901 *τί γὰρ ἐγώ*. 912 *τὰ Ἀγαμέμνονος*. 1345 *θύγατερ* 1346 *τίνα βοήν*. 1353 *δι' ἄρ' ὀλόλαμεν*. 1357 *τὸ πολύ*. 1366 *ἐπὶ δέ*. 1373 *ὅσα δέ* 1384 *μακάριον*. 1385 *ἐπὶ φιλοῦντα με* 1386 *ἔνεκα*. 1388 *πατρίδος*, Rhes. 687 *φίλιον*. 688 *ἔμαθον*, fr. adesp. 113 *ἀγαθά*. Sunt 114 tribrachi, quorum 85 singulis verbis 31 verbo integro, 36 verbi initio, ceteri articulo vel praepositione cum nomine), 24 binis verbis, 5 ternis verbis

[1] Rumpel apud Aeschylum in pede quinto 5 singulorum et 2 plurium verborum tribrachos numerat.

compositi sunt arte inter se cohaerentibus praeter Iph. Aul. 865.

In sexto pede numerus solutionum iterum minuitur. Aeschyli tetrametri in hoc pede omnino nullum. Sophoclis unum tribrachum Oed. Col. 887 *ἐναλίῳ* exhibent. Apud Euripidem invenimus 7 exempla Jon. 1610 *ἀποδίδωσι*. Phoen. 608 *ἀνακάλει*; Or. 767 *ἀνόσιον*. 798 *πολεμία*. Bacch. 613 *ἀνόσιον*; Iph. Aul. 884 *μ᾽ἐκόμισεν*. 1392 *διὰ μάχης*. Similiter constructus est sextus pes, quam secundus: numquam tribrachus huius pedis ita compositus est, ut post eum diaeresis existet. Tertium et quartum metrum arte cohaerere etiam aliis argumentis infra probabo.

Iam restat, ut septimi quoque pedis solutiones nominemus. Sunt Jon. 1251 *πολεμίους*. Phoen. 609 *πολέμιος*. Rarissime igitur hac in sede tribrachus invenitur, et in his locis cum sequenti syllaba uno verbo connexus est, eique syllaba brevis antecedit.

Venimus ad aliam solutionem quam saepius quam apud iambographos, sed multo rarius quam tribrachos reperimus, dico anapaestum. Qui cum apud Aeschylum et Sophoclem omnino non exstet, apud Euripidem 30 legimus in Jone 1, in Phoenissis 3, in Oreste 4, in Bacchis 2, in Iphigenia Aulica 20.

In pede secundo occurrit: Eur. Or. 797 *ἱκετεύσω*. 1526 *μεταβουλευσόμεσθα*. Bacch. 617 *ἔθιγεν οὔθ᾽* Iph. Aul. 359 *Ἀρτέμιδι καί*. 912 *φίλος οὐδείς*. 886 *ὦ θύγατερ. ἥκεις*. Sunt sex anapaesti, quorum 4 a metro sequenti diaeresi non dirimuntur, etiam Bacch. 617 et Iph. Aul. 359 anapaesti per elisionem et per *καί* cum sequenti pede coniuncti sunt. Quam legem igitur in tribracho secundi pedis statuimus, ea anapaestorum constructione firmatur (v. p. 30).

In quarto pede exstant anapaesti: Jon. 512 *ἱερὸν (τρίποδα)*. Phoen. 607 *πατρίδος (καί)*. Iph. Aul. 317 *θόρυβος (καί)*. 324 *Δαναοῖς*. 334 *ἄδικον (κτῆμα)*. 355 *Πριάμου*. 358 *ἱεροῖς*. 379 *ἀγαθόν*. 881 *Ἑλένην*. 882 *Ἑλένης*. 886 *ἐπ᾽ ὀλέθρῳ*. 888 *δακρύων*. 911 *καταφυγεῖν*. 1354 *ἀπεκάλουν*. Quattuordecim anapaesti.

omnes fere ex verbo integro constant (12), solum 2 fine verbi longioris formantur.

Anapaesti sexti pedis sunt Phoen 612 *ὀνομάζειν*. 636 *Πολυνείκη*. Or. 1515 *διαλυμήνατο*. 738 *ἀπώλεσεν*. Bacch. 625 *Ἀχελῷον*. Iph. Aul. 356 *λόγον ἔχω*. 863 *βασιλείων*. 869 *Ἀγαμέμνονι*. 887 *Ἀγαμέμνονι*. 1354 *ἀπεχθάνου*. qui omnes eodem modo sunt constructi, ut nunquam post anapaestum diaeresis fiat. Duobus verbis solum unus anapaestus formatur.

Quoniam singulorum pedum solutiones congessimus, ut quaeramus, quomodo distributae sint, restat. Singulas solutiones (aut tribrachum aut anapaestum) habent: Aeschyli 15, Sophoclis 4, Euripides Her. 6*[1], Jon. 19, Troad. 3*, Iph. Taur. 8*, Hel. 6*, Phoen 9, Orest. 31, Bacch. 13, Iph. Aul. 68, frg. 1, Rhes. 2. Alii versus habent plures solutiones binos tribrachos Aesch. Pers. 212. Soph. Phil. 1506. Eur. Phoen. 605, Or. 740, 765, 766, 1531; Bacch. 619, Iph. Aul. 332, 332, 336, 368, 369, 372, 375, 865, 897, et his quidem in versibus tribrachus in primo et quinto pede legitur. Jon. 1254 (in 5. et 7. loco), Iph. Aul. 325 (3. et 5.), Phoen. 608, Or. 767 (1 et 6), Or. 736, Iph. Aul. 1382 (1. et 4.), Iph. Aul. 345 (2. et 5.), Iph. Aul. 346 (1. et 4.).

tribrachum et anapaestum videmus in Jone 512 (4. et 5.), Phoen. 612 (3. et 6.), 636 (5. et 6), Or. 797 (2. et 5.), Iph. Aul. 355 (4. et 5.), 881 (4. et 5.), 359 (2. et 5.), 379 (1. et 4.), 869 (5. et 6.), 912 (2. et 5.). Binis anapaestis utuntur Iph. 886 in secundo et quarto loco, Iph. Aul 1351 in quarto et sexto loco

Ternos solutiones invenimus in Phoen. 609, Iph. Aul 319, 884 (ternos tribrachos), Iph Aul 356 (duos tribrachos et unum anapaestum). Vix est, quod moneam earundem fere fabularum Euripidis tetrametros frequentissimas solutiones habere, quae in trimetris quoque solutionibus abundant, Phoenissae, Orestes, Iphigenia Aulidensis.

[1] fabulae asterisco notatae non habent versus plurium solutionum.

Habemus igitur 175 singularum, 36 binarum, 3 ternarum solutionum versus fere 27% omnium versuum [1].

Solutionibus dactylum addere liceat, quamquam dactylum non esse solutum spondeum haud ignoro. Admisit dactylum e tragicis unus Euripides isque bis. nam etsi in Iph. Aul. 860 et Or. 751 *Τυνδάρεω* et *Τυνδάρεων* per synizesin legi possunt, dactylus luce clarior est in Or. 1535: *σύγγονόν τ' ἐμὴν Πυλάδην τε* etc. (in tertia sede) et Iph. Aul. 882 *ὡς ἄρ' Ἰφιγένειαν* in secundo loco [2]. In priore versu post thesin verbi incisio est, in altero versu dactylus nominis initio formatur. Quamquam omnibus persecutoribus dactyli concedendum est nomina propria dactylos efficere, tamen Euripides in Pyladis nomine nulla necessitate metrica coactus erat, ut dactylum admitteret. Minime casu factum est, ut in eisdem fabulis dactyli occurrant, quae etiam solutionum numero ceteris praestant.

Si computare licet, habent pro centenis

I. pes: 11 tribrachos;
II. pes: 1,14 tribrachos, 0,7 anapaestos;
III. pes: 1,5 tribrachos;
IV. pes: 0,7 tribrachos, 1,8 anapaestos;
V. pes: 14,3 tribrachos;
VI. pes: 1 tribrachum, 1,3 anapaestos.

Solutiones etiam in hac tabula componamus.[3]

[1] Rumpel omnes solutiones computat et in summam omnium versuum dividit. Itaque contendit tragicorum tetrametrorum 36% fere solutiones habere. Quem falsa ratione usum esse puto. Nobis enim maioris momenti est scire, quibus in versibus solutiones — sive singulae sive plures — omnino exstent, in quibus non. Ita numerus versuum solutione carentium augetur.

[2] In hoc versu etiam anapaestus occurrit.

[3] Sunt inter Rumpelii et meos numeros aliquae differentiae, nam in primo pede 74 tribrachos apud Euripidem numerat, ego 73, in quinto pede 106, ego 105, in quarto pede 15 anapaestos, ego 14, in sexto 9, ego 10, quae fortasse e variis lectionibus declarantur: sed quoniam Rumpel neque editiones neque versus ipsos nominat, uter nostrum erraverit, evolvere non possum.

poeta et fabula	Tragoediae Summa	Tribrachi I	II	III	IV	V	VI	VII	Summa	Anapaesti II	IV	VI	Summa
Aeschyli													
Pers.	114	8	1	—	—	7			16	—	—	—	—
Agam	28	1				—			1				—
Sophoclis													
Oed. tyr	16	2	—						2				—
Oed. Col.	4	—					1		1			—	—
Philoct.	6	2	—			1	—		3			—	—
Euripidis													
Heracles	19	2		1		3	—		6		—		—
Jon	84	3	—	—	—	12	1	1	22	—	1	—	1
Troades	18	2	—	—	—	1			3			—	—
Iph. Taur.	31	3	—	—	1	4			8	—	—	—	—
Helena	21	—	—			6			6			—	—
Phoeniss.	63	6	—	2	—	7	1	1	17	—	1	2	3
Orestes	114	16	1	—	2	19	2		40	2		2	4
Bacch.	38	5	2	—		5	—		12	1	—	1	2
Iph. Aul.	210	31	5	9	3	46	3		97	3	12	5	20
Fragm. trag.	12	—		—		1			1				
Rhesus	10		—	—		2	—		3		—		
Summa	788	86	9	12	6	114	8	2	237	6	14	10	30

Frequentissime in pede primo et quinto tribrachus, rarissime in quarto sexto septimo pede, anapaestus saepissime in quarto pede invenitur.

Hactenus de solutionibus; nunc paullulum in totius versus structura versemur. Apud Aeschylum solum in 26 versibus uterque dimeter interpunctione separatur. Multo saepius sane sententiae in fine versuum claudunt. Saepius autem evenit, ut sententiae mediis in dimetris incipiant itaque interpunctione leviores caesurae oriantur. Quae cum inter prius et alterum metrum ut inter tertium et quartum vitentur, frequenter exstant post theses: post primam thesin Pers. 712. 740. 741. Ag. 1666 post secundam thesin Pers. 213. 715. 717. 718. 726. 735 Ag. 1650. 1651. 1654. post tertiam thesin Pers. 174. 219, 235. 710. 715. 720. 753. 756; Ag. 1669; post quintam thesin Pers. 170. 173. 174. saepius quoque post quintum trochaeum Pers. 159. 164. 211. 716. 721.

734. 739. 741. 751; post primum trochaeum Pers. 165. 167. 708. Ag. 1343. 1669; post tertium trochaeum Pers. 220. 324. 725. Post secundum et sextum trochaeum poeta operam navat, ut verbi et sententiae finem vitet, qui tales incisiones versum dilacerant.

Ita rarissime apud Aeschylum ante ultimum creticum verbum finitur; septem exempla inveni Pers. 168. 176. 222. 225. 232. 754. 758, in quibus lex Porsoniana probatur. Contra usitatissima est clausula disyllaba, cui vox duarum aut plurium syllabarum antecedit. In Pers. 719 et Ag. 1672 ante hoc disyllabum est interpunctio.

Ceterum nostra ex quaestione elucet Aeschylum utramque versus partem coniungere conatum esse. Neque mirandum est, quod diaeresis post quartum pedem hac re debilitatur et semel neglegitur. Legimus in Pers. 168:

ταῦτά μοι διπλῆ μέριμν' ἄφραστός ἐστὶν ἐν φρεσίν.

ubi post quintum trochaeum diaeresis exstat; iniuria multi viri docti inde a Porsonio (p. XLIII) hunc versum mutarunt.

Sophocles primus tetrametrum inter binas personas distribuit, leguntur apud eum 12 tetrametri bipartiti Oed. tyr. 1516—1522 et Phil. 1402—1406, unus tripartitus Phil. 1407, omnium igitur qui exstant tetrametrorum Sophoclis dimidia pars inter complures personas distributa est. Quoniam Oedipus tyrannus aliquot annis prius scriptus est quam Euripides tetrametris uti coepit, hanc rem a Sophocle novatam esse satis certum est. Post quartum trochaeum in Oed. tyr. 1516. 1518. 1519. 1521. Phil. 1403. 1406. 1407 persona mutatur. Praeterea post quartum trochaeum invenitur interpunctio in 4 versibus Oed. tyr. 1515. 1524. Oed. Col. 886. 889. Post secundam thesin persona in Oed. tyr. 1520. Phil. 1407 (qui versus tripartitus est) mutatur, post sextam thesin Phil. 1404, 1405, post tertium trochaeum Oed. tyr. 1517. Lex Porsoniana bis firmatur. Etiam apud Sophoclem semel diaeris principalis deest in Phil. 1402:

(Νε) εἰ δοκεῖ, στείχωμεν (Φι) ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος
ubi post tertium trochaeum exstat diaeresis.

Apud Euripidem medio in versu cum priore dimetro sententia finitur in Her. 865. 866. 872; Ion 515. 518. 523. 528. 533. 534. 536. 537. 539. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 558. 560. 564. 1251. 1255. 1256. 1258. 1259. 1260. 1607. 1612. 1615. 1616. 1617. 1618. 1622 (in his 24 personam mutant); Troad. 447. 449. 450. 452. 453. 455. 461; Iph. Taur. 1203. 1204. 1205. 1207. 1208. 1210. 1211. 1212. 1213. 1216. 1218. 1219. 1231. 1234 (in 12 versibus hoc in loco persona mutatur); Hel. 1622. 1627. 1628. 1629. 1631. 1632. 1634. 1635. 1636. 1637. 1638. 1639. 1640 (in 8 versibus persona mutatur); Phoen. 588. 594. 596. 600. 603. 604. 607. 610. 611. 616. 618. 620. 621. 622. 624. 629. 631. 634. 1337 (in 11 versibus persona mutatur); Or. 730. 731. 733. 735. 747. 749. 754. 755. 757. 764. 773. 774. 775. 776. 782. 784. 785. 789. 790. 791. 795. 797. 801. 802. 804. 1508. 1511. 1514. 1515. 1517. 1522. 1523. 1524. 1525. 1526. 1528. 1534. 1552. 1553 (in 13 versibus persona mutatur); Bacch. 609. 610. 612. 616. 617. 618. 621. 622. 625. 627. 630. 633. 635. 636. 637. 640. Iph. Aul. 319. 330. 333. 335. 338. 343. 349. 352. 356. 361. 371. 375. 378. 379. 382. 383. 386. 388. 394a. 401. 856. 857. 858. 860. 861. 864. 866. 879. 884. 887. 895. 897. 899. 901. 903. 906. 910. 912. 915. 916. 1339. 1340. 1346. 1350. 1353. 1356. 1357. 1358. 1362. 1363. 1366. 1368. 1372. 1373. 1374. 1375. 1377. 1380. 1382. 1384. 1388. 1391. 1398 (in 9 versibus persona mutatur). In 213 Euripidis versibus i. e. in 35 % omnium versuum hoc in loco sententia finitur.

Sed etiam apud hunc poetam plerumque sententia supra caesuram ducitur atque alio in pede finitur. Tales incisiones inveniuntur post secundam thesin in Her. 867; Ion. 517. 518. 521. 523. 552. 1254. Iph. Taur. 1214 (in quo persona mutatur); Hel. 1627; Phoen. 594. 597. 613. 615. 1336 (semel persona mutatur); Or. 734.

737, 748, 752, 760, 765, 779, 783, 799, 1524, 1550 (semel persona mutatur 779); Bacch. 612, 624, 626; Iph. Aul. 323, 351, 359[1], 361, 381, 389, 861, 871, 877, 883, 1342, 1344, 1370, 1399 (semel persona mutatur 1342); post tertiam thesin Ion. 524, 527, 530, 532, 535, 561, 562, 1620 (in 5 versibus persona mutatur); Troad. 445, 458; Iph. Taur. 1220 (in quo persona mutatur), 1224; Hel. 1623, 1633 (in quo persona mutatur); Phoen. 589, 602, 608, 614, 617, 623, 632, 636, 1335 (in 3 vers. persona mutatur); Or. 732, 751, 758, 772, 778, 781, 794, 1507, 1519, 1521, 1525 (in 4 v. persona mutatur); Bacch. 620, 638; Iph. Aul. 320, 322, 326, 332, 339, 353, 356, 362, 380, 387, 390, 876, 878, 893, 913, 916, 1341, 1347, 1352, 1364, 1369, 1376, 1397, 1401 (in 4 v. persona mutatur); post quintam thesin Ion. 559, ubi persona mutatur, 1619; Troad. 451, Phoen. 604, Iph. Aul. 865; post sextam thesin: Ion 1252, 1614; Iph. Taur. 1209, 1215, 1217, 1221 (in omnibus versibus persona mutatur); Hel. 1630, 1638, 1640 (semel persona mutatur); Phoen. 593, 615, 1338 (semel persona mutatur); Or. 777, 786, 787, 793, 805 (in quattuor versibus persona mutatur); Bacch. 626, 634; Iph. Aul. 354, 359, 361, 368, 384, 889, 916, 1349, 1355, 1383; post primam thesin: Ion 529, 540; Iph. Aul. 859 (ubi tribrachus dilaceratur), 874, 880.

Etiam post trochaeos sententiae finiuntur: post primum trochaeum: Her. 861, 870; Ion 513, 516, 522; Troad. 452; Phoen. 601; Or. 732, 740, 774, 1515, 1516; post secundum trochaeum Ion. 520, 531, 1253 (semel persona mutatur); Phoen. 605, 612 (in duobus versibus persona mutatur); Or. 1513; Bacch. 629; Iph. Aul. 331, 382, 384, 867, 1351, 1363 (bis persona mutatur); post tertium trochaeum: Ion. 510, 525, 541, 543, 564, 1252, 1257, 1608, 1609 (in 3 versibus persona mutatur); Troad. 460, Phoen. 609, 619, 630, 1309 (bis persona mutatur); Or. 744, 757, 780, 788 (bis

[1] in v. 359 post thesin interpunctio est.

persona mutatur): Bacch. 605; Iph. Aul. 327, 367, 374, 389, 392, 394, 859, 863, 881, 896, 907, 1348, 1360, 1361, 1365, 1367, 1392 (in 4 versibus persona mutatur); post quintum trochaeum Ion. 538, 540, 548, 557, 1606 (in quattuor versibus persona mutatur); Troad. 446, 458; Iph. Taur. 1206, 1223, 1230; Hel. 1639; Phoen. 606, 614, 623 (in quo persona mutatur), 1758; Or. 767, 769, 771, 783, 792, 796, 798 (in quattuor versibus persona mutatur); Bacch. 631; Iph. Aul. 321, 328, 340, 345, 360, 366, 378, 385, 396, 855, 871, 874, 877, 1344, 1345, 1354, 1359, 1386, 1400 (in 3 versibus persona mutatur).

Post tertiam igitur thesin ita ut post quintum trochaeum Euripides sententias saepius quam aliis locis finit.

Sed ut ad legem, quae vocatur Porsoniana, veniam, eam Euripides re vera numquam laesit, sed ut post secundum trochaeum verba et sententias saepius quam iambographi ceterique tragici claudit, ita saepius post sextum trochaeum clausulam leviter ab altera versus parte dirimit in Ione 514, 564; Iph. Taur. 1205, Phoen. 609, 631; Or. 1553; Iph. Aul. 361, 904, 1349. Sed semper syllaba brevis antecedit et in aliis versibus, in quibus illa lex adhibetur, creticus finalis cum antecedente pede arte connexus est. In ceteris tetrametris plerumque verbum bisyllabum versum claudit, cui vox plurium syllabarum antecedit.

Quidquid de versus structura attuli, id unum efficit, ut praecipue Euripides partionibus illum durum versum ad sermonem cotidianum adaequaverit. At ubi Euripides versum in duos dimetros divisit, praecipue ubi altera persona post diaeresin incipit, versus ita partitus optime tumultum et affectus pingit.

Caput V.

De comicorum tetrametris.

a) Epicharmus.

Nunc ad comicos Graecos transeamus. Atque hic primus est tractandus Epicharmus, cuius tetrametros

Rumpel plane neglexit, quamquam summi momenti sunt. Nam si eius tetrametros cum versibus iambographorum et tragicorum comparamus, versus vix idem esse videtur. Ubi exstat in longioribus narrationibus dialogi, versus partes paene concreverunt et rarissime separantur, anapaestus frequentius adhibetur, praeter tribrachum et anapaestum in omnibus fere locis dactylus legitur, tribrachus totiens in septimo, quotiens in tertio et quarto pede exstat. Sed priusquam ad versus tractandos transimus, fragmenta, in quibus tetrametri[1] exstant, affere volumus. Sunt 116 versus: in Harpagis fr. 9, 2, 3 (primus et quartus sunt mutili) (Kaibel p. 92), in Nuptiis Hebae, quam fabulam lautitiis nuptiarum abundantem Kaibel cum Musis coniungit: fr. 42, 2—11; 43; 44, 1, 2; 45, 2, 3; 46, 1, 2; 47; 48; 49; 50; 51; 53, 1, 2; 54, 1, 2, 3; 60, 1, 2; 61, 1, 2; 62, 1, 2; 63, 1, 2; 64; 65; 66; 67; 68; 69; 71, 1, 2, 3; 72; in Hercule apud Pholum fr. 78, 1, 2; in Comastis fr. 84; in Megaride fr. 90, 2, 3, 4; 91; de Ulixe transfuga (fr. 99) exstant decem versus nuper reperti (cum scholiis v. Kaibel p. 108), quorum initia et clausulae sunt mutila. Tamen eos tractavi praeter v. 4, cui primum metrum deest totum. Praeterea ex hac fabula sumptum est fr. 100, 2, 3, 4. In Pyrra et Prometheo exstat fr. 115, in Sirenibus fr. 124, 1—6 (quorum 5 graviter corruptus), in Sphinge fr. 127, 130; in Chytris fr. 136, 1. Ex fabulis incertis nominanda sunt fr. 147; 148, 2, 3, 5; 149, 1—4; 151; 155; 157; 158; 159, 2—4; 164, 2; 165; 170, 1—5, 7—18.

In his 116 tetrametris solum 44 versus solutione carent (37 %), apud Euripidem sunt 66 %). Ex septem trochaeis manifeste solum constat fr. 170, 14

ἐν μεταλλαγᾷ δὲ πάντες ἐντὶ πάντα τὸν χρόνον.

praeterea fortasse 99, 3, 8.

Singulos spondeos habent fr. 42, 7, 8, 9; 46, 1; 53, 2; 58, 2; 59, 2; 61, 1; 63, 1; 78; 99, 9; 115; 130; 148, 2; 170, 9

[1] Solum versus integros numero. Sed graviora, quae in corruptis certe cognoscuntur, respicio. Cito sec. Kaibelii Comicorum Graecorum fragmenta I, 1.

(15 = 13 %); binos spondeos fr. 18. 19. 50; 53, 2. 55; 56, 2; 57, 2; 61, 2; 62, 2; 64; 66; 71, 3; 78, 2; 99, 2, 4, 7; 100, 2; 127; 136, 1; 149, 1 (20 = 17 %); ternos spondeos fr. 72; 99, 1; 99, 10; 155; 170, 8; 164, 2 (6 = 5 %).

Si omnes spondeos computamus, exstant in secundo pede 58 (50 %), in quarto 66 (55 %), in sexto 19 (12 %). Hac in re igitur non differt Epicharmus ab aliis poetis.

Si nunc ad solutiones proficisci licet, primum de tribrachis agamus. Exstant in p r i m o pede 21 tribrachi (+ 3, quos in versibus mutilis restituere possumus) 42, 2 *λεπάδας*; 42, 3 *κτένια*; 42, 4 *τὰ διελεῖν*; 42, 5 *μύας ἀναρίτους*; 42, 6 *τὰ γλυκέα*; 44 *μύες* fr. 47 *κομαρίδας*, 60, 1 *ἔτι δέ*, 63, 2 *σκατοφάγοι*, 67 *μεγαλοχάσμονας*, 69 *σπαγγίδας*, 71, 2 *ἕνα μόνον*, 99, 8 *πολέμιον* 124, 4 *περί γα*, 136, 2 *δέκα νόμους*, 147 *τόκα μέν*, 149, 1 *τί δὲ τόδ'*, 149, 2 *πόρους*, 159, 2 *μάραθα*, 159, 4 *μαραθῇ*, 170, 2 *τόδε δ' ἀεί*, 170, 12 *ἔτι γ' ἐπάρχοι*, 170, 15 *ὁ δὲ μεταλλάσσει*, 170, 16 *κτένια*, quorum 15 singulis, 9 binis verbis formantur. Octo tribrachi verbis integris formantur, celeri initia longiorum verborum sunt.

In s e c u n d o pede habemus 4 tribrachos: fr. 42, 10 *καὶ κακοδόκιμοι*; 54 *αὐτὸς ὁ Ποτειδάν*; 148, 5 *ἐκ δὲ καταδίκας*; 170, 5 *ἔμολε*. Eodem modo, quo tragici, Epicharmus pedem secundum condit, nam praeter unum verbum integrum, omnia in pede sequenti continuantur.

In t e r t i o pede exstant 4 tribrachi fr. 51 *ῥαφίδες*, 59 *βαιίδες*, 124, 1 *ἀπατές*, 148, 2 *πόσις ἐγένετο*. Sunt tres voces integrae, unus tribrachus ex duobus verbis constat.

In q u a r t o pede 9 tribrachi leguntur fr. 42 *χαλεπά*, 43 *καλέομες*, 68 *ἱέρακες*, 71, 1 *ἔλοφ' ὁ*, 124, 3 *ἐπίομες*, 148 *ἐγένετο*, 170, 4 *ἀπὸ τίνος*; 170, 10 *ποτὶ μέτρον* 170, 12 *τὸ μέτρον*; ex his 8 singulis, 1 duobus verbis constat, 5 cum antecedente pede, 2 cum pede sequenti cohaerent.

In q u i n t o pede 12 tribrachi inveniuntur 42, 2 *κικιβάλους*; 42, 4 *καταφαγῆμεν*, 54, 3 *δήμιον*; 60, 1 *σμαρίδες*, 71, 2 *ἔλαβε*; 90, 4 *ἐπιθαλάμιος*, 90, 6 *κακὰ τρομάσαι*, 124 *ἀφύας*, 165 *ὄκκα παρίοντι*, 174 *τόκα δέ*, 148 *χαρίεν* 170, 2 *διά*

τε. Quorum 11 tribrachorum 7 verbis integris, 3 initio verbi alicuius, 1 duobus verbis formantur.

In sexto pede occurrunt 7 tribrachi: 15,2 *φιλοχορίους*; 44,1 *χοριοειδέες*, 90,3 *ἔλαφος*; 124 *ἀπεπυρίζομες*, 170,5 *μὰ Δία*, 170,13 *ὅ δέ γα*, 148,3 *ἐγένεθ' ὑανία*. Tres tribrachi initio polysyllaborum formantur, tres verbis integris (*μὰ Δία* et *ὅ δέ γα* pro singulis verbis numero), unus in duo verba elisione coniuncta distribuitur.

In septimo pede 8 tribrachos invenimus: fr. 44,2 *σκιαθίδες*, 52,2 *πόδ' ἔχει* 58,1 *Ἀτάνιον*, 65 *κιθάρος ἐνῆς*, 84 *πετομένους*, 170,11 *ἀποταμεῖν*, 170,17 *τελέθομες*, 91. *φιλόλυρος*. Septem tribrachi cum verbi initio incipiunt, unus cum antecedente cohaeret, omnes autem cum ultima versus syllaba coniunguntur.

Nunc ad anapaestos! In secundo pede 11 inveniuntur: 9,2 *ὑποτέμονται*, 9,3 *ἀργύριον ἄλλαι*, 42,3 *βαλάνους*, 71,1 *πολυτίματον* 90,3 *κεφαλάν*, 90,4 *λαπάραν*, 148,3 *πόσιος μῶκος*, 119,3 *ὄνομ' αὐτῷ*, 159,3 *λαχάνοις*, 170,3 *λέγεται*, 70,11 *ἕτερον μᾶκος*. In anapaestis condendis Epicharmus a tragicorum legibus recedit, nam 7 anapaesti claudunt verbum post secundum pedem, solum 4 in pedem sequentem ducuntur.

In quarto pede 12 anapaesti leguntur: 44,1 *κοραχῖνοι*, 44,2 *κυνόγλωσσοι*, 45,2 *κορυδαλλάς*, 45,3 *σπερματολόγους*, 46,2 *σπερματολόγοι*, 56,1 *μελάνουροι*, 69 *συνόδοντας*, 99,6 *ἀγαθικῶν*, 100,3 *προδιδόμειν*, 159,3 *τοπίον. αἴ* (versus corruptus). 165 *ἀγαθόν, ὄκκα*, 170,15 *κατὰ φύσιν*. Ex singulis verbis 10, ex binis 2 anapaesti, quorum alter corruptus est, constant, ex verbo integro nullus; notatu dignum est, quod bis thesis ab arsi interpunctione dirimitur 165 et 159,3. In pedem sequentem ducuntur 6 anapaesti.

In sexto pede invenimus 11 anapaestos fr. 60,1 *ἀφύαι*, 62,1 *κολιᾶν*, 67 *κηκιραπελογάστρους*, 99,5 *ἐκελή/σασθ'/*, 100,1 *δέλφακά τε τῶν*, 100,4 *ὤμνυέ με τὸν δέλφακα*, 124,2 *κρέα καί*, 147 *παρὰ τήνοις*, 170,1 *χὐπέλιπον οὐ*, 170,4 *ὅτι πρᾶτον*, 151 *Διόνυσος*. Duo anapaesti

ex verbis integris, unus duobus ex verbis integris, tres ex principio verbi, unus ex medio verbo, tres e binis, duo e ternis verbis (ex fine alicuius vocis et duobus verbis integris) constant.

Occurit igitur apud Epicharmum anapaestus in pedibus paribus multo saepius quam tribrachus.

Praeter anapaestos solutiones fere eodem modo sunt constructae, quo apud alios poetas. Valde autem ab eis differt Epicharmus in dactylis adhibendis, quos hic adiungere liceat; nam exstant apud eum in omnibus fere pedibus: in primo pede 44.2 *αἰολίαι*, 58.1 *καὶ σκιρίας*, 60.2 *βαμβραδόνας*, in secundo loco 100.2 *Ἐλευσινίοις*, in tertio pede 42.11 *ἄνθρωποι κάλλιονθ'*, in quarto pede 149.3 *τρίτον ἑτερόζυγα*, in sede quinta 90.2 *Θεάγενες*, 100.2 *δαιμονίως*.

Habemus igitur in 72 Epicharmi versibus 65 tribrachos, 34 anapaestos, 8 dactylos. Habent pro centenis

I. pes 18 fere tribrachos;
II. pes 3,5 fere tribrachos, 9,5 anapaestos;
III. pes 3,5 fere tribrachos;
IV. pes 7 fere tribrachos, 10,3 anapaestos;
V. pes 10,3 fere tribrachos;
VI. pes 6 fere tribrachos, 9,5 anapaestos;
VII. pes 7 fere tribrachos.

Magnus est apud Epicharmum eorum versuum numerus, qui plures solutiones habent; sunt enim 29 (25 %), si dactylos solutionibus addimus.

Bini tribrachi inveniuntur in 42.2, 71.2, 170.2 (in 1. et 5. loco); 170.5 (2.6); 170.12 (1.4); bini anapaesti: 100.4 (4,6); 159.3 (2,4); tribrachus et anapaestus 42.3 (1.2); 45.2 (5.6); 67 (1.6); 69 (1,4); 71.1 (2.4); 90.3 (2.6); 90.4 (2,5); 99.6 (4,5); 148.3 (2,6); 165 (4,5); 170.11 (2.7); 170.15 (1,4); dactylus et tribrachus 58.1 (1.7); 170.4 (4.6); dactylus et anapaestus 149.3 (2.4); terni tribrachi 42.4 (1, 4, 5); 124.1 (1, 5, 6); 148.2 (3, 4, 5); bini tribrachi et singuli anapaesti 60.1 (1.5.6); 147 (1.5.6); 44.1 (1.4.7); dactylus, anapaestus, tribrachus 44.2 (1, 4, 7)

Cum duae solutiones in duobus pedibus sequentibus saepius exstent, tres tribrachi solum in uno versu (148,2) sequuntur.

Caesuras quoque Epicharmus aliter atque alii poetae instituit. nam e 116 versibus 44 diaeresi post quartum pedem carent (34 %): 42. 3. 5. 7. 9. 10. 11; 44. 1. 2; 45, 2; 47; 48; 49; 50; 51; 54. 1. 2 (corruptus); 55; 56. 1. 2; 57, 1; 59, 2; 60. 2; 61, 2; 63. 1; 65; 68; 69; 78.2; 90. 2. 3; 91; 99; 124. 6; 127; 148. 3; 149. 1, 2. 3. 4; 155; 159. 4; 164. 2; 165; 170. 3. In examinandis caesuris praecipue connectionem verborum grammaticam considerare opus est. Invenimus autem caesuram post quintum trochaeum e. g. in 42,7

Τοὺς δὲ μακρογογγύλους σωλῆνας· ἁ μέλαινά τε.

42. 5; 42. 9; 44, 2; 45, 2; 47; 48; 49; 50; 51; 54. 2; 56, 1; 57, 1; 63, 1; 65; 68; 78. 2; 99. 1; post thesin quartam e. g. 60, 2:

βαμβραδόνες τε καὶ κίχλαι, λαγοὶ δράκοντές τ' ἄλκιμοι.

42. 3; 42, 11; 54, 1; 59, 2; 60. 2; 61, 2; 90. 2; 127; 149. 2 (post primum tribrachum quoque est incisio). 124. 6; 149. 3. 4; 155; 159. 4; 165; 170. 3; post quintam thesin 42. 10; 149. 1; post creticum primum 55; 56. 2; post sextum trochaeum 91; post tertium trochaeum 69; 148. 3; post primum trochaeum 164. 2; post secundum trochaeum 90, 3; 149, 1.

Praevalent igitur caesurae post quintum trochaeum (40 % caesurarum) et post thesin quartam (40 %).

In ceteris versibus, qui caesuram principalem observant, solum 19 post quartum trochaeum interpunctionem habent: 9. 3; 42, 2. 4. 6; 43; 53; 58. 2; 60. 1; 62, 1; 63, 2; 99. 4. 8; 147; 148, 2; 159, 2; 161. 2; 170, 5. 7, 12. Caesurae leviores exstant post thesin secundam: 9, 3; 54, 3; 71, 2; 100, 3; 136. 2; 170, 4; post thesin tertiam 58, 1; 62, 2; 170, 13; post quartam thesin 71, 1; 159. 3; post thesin sextam 124. 1. Propter piscium et avium mira nomina versus saepius iniucunde dilaceratur, ut 59, 1 aut 60, 2. Post trochaeos perraro caesurae inveniuntur: post primum trochaeum 42.8, post tertium 53. 2, post quintum 124, 3; 170, 9. 12. Legem Porso-

nianam Epicharmus observat in 71. 1. 3; 78. 1. 170. 5. 11. 12. 14; 165. at in 19 versibus cretico finali syllaba longa antecedit 42. 1. 6. 11. 44. 2. 50. 60. 1. 2. 61. 1. 62. 1; 64; 66; 124. 4; 159. 2. 4. 164. 2. 170. 3. 10. 17.

Magno numero solutionum, praecipue versibus plurium solutionum, caesuris quoque tetrameter Epicharmeus longe distat a iambographorum et tragicorum. Miror, quod vir doctissimus Otto Hoffmann (Geschichte der griech. Sprache 126 sqq.) contendit poetam Siculum tetrametrum trochaicum e Phrynichi Aeschylique tragoediis Syracusis actis recepisse, nam, ut omittam vetustissimas Epicharmi comoedias vix recentiores esse, quam Aeschyli initia, ars metrica Epicharmi cum tragicis Atticis nihil fere commune habet. Mihi quidem persuasum est poetam Siculum versum carminum popularium in comoedias transtulisse.

Excursus.

De Pseudoepicharmeis sive de tetrametro gnomico.

Sub Epicharmi nomine iam V a. Chr. natum saeculo praeter fabulas carmina tetrametris composita ferebantur, quae Apollodorus comoediarum editor ab eo abiudicavit (Ath. XIV. 648 d). Haec carmina revera a Chrysogone et Axiopisto facta esse Apollodorus Aristoxenum et Philochorum secutus contendit (l. c.). Perraro huius farraginis fragmenta certo libro ascribuntur, nonnulla cogitationis et elocutionis granditate eminentia Kaibelius carmini physico tribuit, quod iam Euripides[1] legit, Ennius vertit. Sed hoc quoque carmen Kaibelius p. 133 sqq. falso Epicharmo ascriptum esse mihi persuasit. Operae pretium autem est omnium Pseudoepicharmeorum artem metricam cum genuinis fragmentis comparare.[2] Perscrutanda sunt nobis haec fragmenta 245, 1. 2; 249. 250. 252. 253. 254, 1. 5 (hi 11 versus

[1] cf. fr. 245 et Eur. Suppl. 531; fr. 240 et Eur. fr. 941.

[2] Guilelmus Croenert, qui nuper (Hermes 47, 402) annus fere Epicharmi sententias genuinas esse contendit, se in altera commentarioli parte etiam metricam artem examinaturum esse promisit.

sub carminis physici titulo a Kaibelio afferuntur), porro quae sub titulo: *Χρυσογόνου τοῦ αὐλητοῦ πολιτεία* Kaibelius collegit 255. 1. 2; 256; 257 (praeter v. 5); quae sub titulo *Ἀξιοπίστου τοῦ Λόκρου γνῶμαι* apud Kaibelium leguntur 262; 263; 265. 1, 2; 266. 1, 2; 267; 269—288; tum unus versus Chironis 290.

Praeterea nuper in Aegypto in vico Hibeh fragmenta Pseudoepicharmea inventa sunt (Grenfell and Hunt. The Hibeh papyri I. p. 13 sqq.). His tetrametris addidit Wilamowitzius (Berl. Klass. V. 2. 121) quinque tetrametros a Stobaeo Ecl. IV. 22. 84. H servatos. Quoniam singuli versus certis carminibus plerumque non possunt ascribi, in sequentibus eos non distingo secundum Kaibelii titulos, solum eos, quos Kaibelius carmini physico tribuit (fr. 245—254), a reliquis separavi, item versus a Clemente Alexandrino e politia citatos (fr. 255—257). Praeterea hic addam versum Charetis gnomici Stob. 38.3 = fr. 3 Nauck, quem poetam tragicum fuisse Nauck alii falso putabant.[1]

Tractantur in summa 69 versus. Primum iterum de formis simplicissimis quaeramus! Solutione carent in carmine physico 5 versus, in politia 1, in aliis fragmentis 23. Septem trochaeos habent 252; 285, 2, 3; singulos spondeos 254, 1; 276; Hib. v. 5, St. v. 4; binos spondeos 249; 250; 257; 265; 273; 274; 278; 281; 285; 287; Hib. v. 1, 7, 8, 10, 12; St. v. 3 et Charetis versus; ternos spondeos 251, 2; 266, 1; 270; 271; Hib. v. 6. Si omnes spondeos computamus, exstant in secundo pede 10, in pede quarto 38, in pede sexto 36. Ab aliis poetis auctores paullulum discedunt in eo, quod in pede secundo fere toties spondeos adhibent quoties in pede quarto.

De solutionibus haec sunt dicenda. Exstant tribrachi in pede primo 16: 245, 1 *συνεκρίθη*, 255 *ὁ βίος* 256 *ὁ λόγος*, 257, 3 *ὁ δέ γε*, 257, 6 *ὁ δέ γε* 258 *ὁ τρόπος*, 269 *καθαρόν*, 275 *ποτὶ πονηρόν*, 279 *φύσιν ἔχειν*, 282 *ἐπιπολά-*

[1] de Charete gnomico quarti saeculi v. *Χάρητος γνῶμαι* ed. G. A. Gerhard in „Sitzungsberichte der Heidelberger Akademie, Philos. hist. Klasse, 1912, 13. Abhandl. p. 4 sqq.

ζειν, Hib. v. 2 *ποτὶ φίλον.* 3 *ποτὶ πονηρόν.* 4 *ποτὶ ὀνειδίζειν.* 11 *μακρόλογος.* St. 1 *τὸ δὲ γαμεῖν.* 2 *ἀπὸ τύχης.* quorum 15 singulis verbis, 1 duobus verbis constant.

In secundo pede tribrachus non invenitur. In tertio pede legimus 5 exempla 245 *συγκριθῇ.* 281 *φύσιος.* Hil. v. 3 *ποτὶ καλὸν.* v. 4 *ποτὶ μάγειρον.* 9 *ποτὶ φέροντα.* quae omnia praeter unum verbum integrum cum pede sequenti cohaerent.

In quarto pede exstant 253 *ἔλεγον.* 288 *μαλακά* duo verba integra.

In quinto pede habemus 16 tribrachos 254.1 *σάφα ἴσαμι* 256 *κατὰ τρόπον.* 257.2 *περὶ βίον.* 257.3 *συνίημι.* 257,4 *ὅτι ποιεῖν.* 257.6 *ἀπό γε.* 263 *ἀθάνατα.* 265.2 *διαμένει.* 266.2 *ἀδύνατοι.* 267 *ὀλίγον.* 277.2 *τυχὸν ἴσως.* 283 *κατὰ τρόπον.* 284 *πλέονα.* 290 *χλιαρόν.* Hib. v. 4 *ποτὶ βάναυσον.* St. 5 *δ' ἀτυχίαν.* Atque uno, qui fine alicuius vocis formatur, excepto omnes cum verbi initio incipiunt: e singulis verbis 13, e binis tribrachi compositi sunt.

Sexto in pede 3 tribrachi leguntur 245. 2 *χαλεπόν.* 251. 3 *μέτρον ὅ* Hib. v. 13 *καθ' ἓν ἔτος.* Cum septimo pede duo tribrachi cohaerent, unus est vox integra.

In septimo pede 6 tribrachi exstant 251.5 *ἀποφανεῖ* 267 *διανοοῦ.* 269 *καθαρὸς εἶ.* 272 *ἀδύνατος.* 277 *ἱμάτιον ἔχων.* Hib. v. 13 *ἐγένετο.* quorum duo binis verbis formantur, omnes autem cum ultima syllaba coniunguntur.

Anapaesti raro inveniuntur, in secundo pede [1] 262 *ἐμμαίνειν.* 280 *μετανοεῖν.* 284 *μάλα.* 255.2 *ἀριθμόν.* de quorum structura mireris, quia — aliter atque apud alios poetas — omnes praeter unum cum sequenti pede non coniuncti sunt. in pede quarto 7 anapaesti exstant 254.3 *Περικλέας.* 280 *προνοεῖν.* 289 *ἀγαθάς.* 286 *ἄγια.* 290 *διπλάσιον.* Hib. v. 13 *Ἐπιχάρμος.* St. v. 5 *διὰ βίου.* Sunt tres voces integrae, duo initio verbi alicuius, duo fine vocis formantur. In sexto pede solum unus anapaestus invenitur 245 *ὅθεν ἦλθεν.*

[1] in v. 284 post omnes fere pedes verbi finis est.

Legitur quoque dactylus tertii pedis in 245. 2 (πνεῦμα δ' ἄνω).

Si omnes solutiones computamus. summa est 60 et nunc restat, ut quomodo in singulis versibus distributi sint quaeramus. Habent 21 versus singulos tribrachos. 1 singulos anapaestos, alii versus habent plures solutiones: binos tribrachos invenimus in 256; 257, 2, 6; 258 (1. 5); 267 (5. 7); 269 (1. 7); Hib. v. 3 (1. 3); binos anapaestos in 280 (2. 4); tribrachum et anapaestum in 254. 3 (4. 6); 290 (4. 5); Hib. v. 13 (1. 6); St. v. 5 (4, 5); dactylum et tribrachum in 245, 2 (3. 7); tres tribrachos in Hib. v. 4 (1. 3. 5); duos tribrachos et duos anapaestos 284 (2 3. 4. 5). Exstant igitur in 15 versibus plures solutiones, omnino in 40 solutiones (55 %).

Si exacte Pseudoepicharmea perquisivimus. carmen physicum magis cum Epicharmi arte congruere. quam reliqua fragmenta elucet. Sunt in 11 carminis physici versibus dactylus. tribrachus quarti pedis. anapaestus sexti pedis, duo tribrachi sexti pedis, quae solutiones in aliis Pseudoepicharmeis non exstant (solum 1 tribrachus sexti pedis in Hib. 13 invenitur). Diaeresis quoque in hoc carmine saepius deest. nam habemus caesuram post quintum trochaeum in 245. post quintam thesin in 245. 2, 3. post quartam thesin in 245, 1; cum fine dimetri alterius solum 249; 250; 253 sententiam claudunt; lex Porsoniana neque in 253 neque in 254. 5 observatur.

In politia caesura numquam laesa est, lex Porsoniana non laeditur, quia solum in uno versu (257, 4) trisyllabum in fine exstat, cui antecedit monosyllabum; interpunctio bis post quartum trochaeum invenitur (255, 2; 257, 1).

In reliquis fragmentis diaeresis principalis non observatur in 263, ubi post tertium trochaeum caesura hiat, et in 269. 271. ubi post quartam thesin caesura hiat. Post quartum trochaeum interpunctionem invenimus in 266, 1; 266, 2; 268; 272; 276; 277; 279; St.

v. 3 et in Charetis versu, post quintum trochaeum caesuram leviorem habemus in 258. 262. 267. 278. 290. post secundum thesin 265. post tertiam thesin St. 2. post quartam thesin 270. Lex Porsoniana modo observatur, modo non observatur (e. g. in 267; 268; 272. 281).

Haec de Pseudoepicharmeis.

b. de antiquae comoediae tetrametris.

Ab Epicharmi liberis versibus comoediae antiquae Atticae tetrametri rursus paullulum discrepant, quia severius sunt conditi, sed non tam severe quam iam iambographorum et tragicorum. Permulti tetrametri apud Aristophanem, nonnulli apud reliquos antiquae comoediae auctores inveniuntur, qui nobis eorum rationem ostendunt. Exstant tetrametri Magnetis[1] fr. 6. Ecphantidis fr. 1. Cratini fr. 25. 36. 52. 97, 1.2. 122, 1,2; 123; 124 (cum Bergkio *[illegible]* pro *[illegible]* scribo); 125; 164, 1—4; 197, 1; 198; 298; 301, 1, 2; 302, 1, 2; 303; 304; 305; Cratetis fr. 20; 29, 2, 3, 5 (metrum versuum 1 et 4 corruptum est); 32; Pherecratis fr. 10, 1—4; 22, 1, 2; 78; 83; 143, 1—10; 182; Telecleidis fr. 41, 1—5; Hermippi fr. 29; 37; 43, 1, 2, 44, 1, 2; 70; 71; 81; Eupolidis fr. 76; 268; 357, 1—8 (ex parabasis epirremate). Eupolidis tetrametri nuper aucti sunt, nam lepido casu accidit, quod in eodem vase, e quo etiam Menandri fabulae in lucem prodierunt, Eupolidis quoque Demorum nova fragmenta reperta sunt.[2] In quibus 11 tetrametri nobis servantur et miramur, quod in iis solum una solutio exstat (anapaestus secundi pedis). Iam hoc loco moneo in Equitum parabasi altera, quam Kirchhoff (Herm. XIII, 287 sqq.) et Koerte (Herm. XLVII, 298) Eupolidi ascri-

[1] affero numeros Kockii (Comicorum atticorum fragmenta I), sed Meinekii editionem non neglexi.

[2] cf. A. Koerte, Herm. 47, 276 sqq.

bunt, item raras esse solutiones, in epirrematis 16 versibus 1271—1299 occurrit una (1281), in antepirremate 1300—1313 quinque. Praeterea tetrametri leguntur Phrynichi fr. 15, 1, 2; 38; Ameipsiae 13, 2; Calliae fr. 1; 3, 2; 4; Apollophanis 6. Platonis fragmentum 24 omittere debemus, quia in eo permulta a Meinekio sunt coniecta. Accedunt fragmenta adespota 38 (Kock III, 405); 1325, 1—3. Sunt igitur 97 versus.

Sequuntur Aristophanis tetrametri, qui potissimum in parodo et in parabasis epirrematibus et in certaminibus inveniuntur.[1] Invenimus autem apud Aristophanem non solum recitatos tetrametros, quos Zielinski (Die Gliederung der attischen Komoedie 298) non bene epicos nominat, sed etiam cantatos, chori carminibus insertos, de quibus pauca praemittam, cum eos in sequentibus iam non respiciam.

Tetrametri chori ipsius in carminibus occurrunt hi 41: Ach. 204—207 = 219—222; Equ. 312, 313 = 389, 390; Vesp. (403—404) 417, 422—425 = 474[2], 480—483; Pac. 349, 350, 357 = 387, 388, 395; Lys 614, 615, 619, 622 = 636, 637, 640, 645 et 661—663 = 685—687. Hi tetrametri omnes solutionibus plane carent, diaeresin haud raro neglegunt (Vesp. 403, 417; Pac. 389, Lys. 637, 661, 662, 685). Contra si actorum tetrametri immiscentur carminibus chori, id quod et in Acharnensibus (284, 286, 292, 296 = 335, 337, 341, 343) et in Vespis (336, 337, 340, 341 = 368, 369, 371, 372 et 415, 416, 420, 421, 426, 427, 461, 462, 470, 471, 477, 478, 484, 485) factum est, hi actorum tetrametri solutiones non vitant; exstant enim singulae solutiones Vesp. 368, 371, 372, 477, binae Vesp. 461, 462. Notatu dignissimus est locus Vesparum 403 sq. = 461 sq., nam duobus tetrametris in stropha a choro cantatis respondent in antistropha tetrametri Bdelycleontis, illi nullam solu-

[1] De versuum longiorum usu in comoedia attica antiqua accurate disseruit H. E. Sieckmann, De comoediae Atticae primordiis. Gottingae 1906.

[2] cum Dindorfio pro ἐραστά scribendum esse puto ἐρῶν.

tionem exhibent, hi quattuor. Quoniam chori tetrametri lyrici aliis legibus parent atque actorum, ego in sequentibus cantatos illos chori tetrametros praetermitto.[1]

Invenimus recitatos tetrametros his locis in Aristophanis fabulis: in Acharnensibus 234—236. 238—240. 284. 286. 292. 296. 303—335. 337. 341. 343. 675—691. 702—718; in Equitibus 242—283. 314—321. 391—396. 565—580. 595—610. 1274—1289. 1300—1315.[2] in Nubibus 575—594. 607—626. 1115—1130; in Vespis 336. 337. 340. 341. 367. 368. 371. 372; deinde longior series tetrametrorum 415—462. 471—525 praeter 419. 420. 428. 429—475. 476. 486. 487. 1071—1090. 1102—1121; in Pace 299—338. 383. 384. 426—430. 553—570. 601—650. 1140—1155. 1172—1187; in Avibus[3] 268—309. 312. 316. 317. 320—326. 336—342. 352—386. 753—768. 785—800. 1071—1087. 1101—1117; in Lysistrata 626—635. 648—657. 672—681. 696—705. 1036—1042 (versus antecedentes 1014—1035 simillimi tetrametris sunt, solum pro tertio trochaico metro paeonicum positum est); in Thesmophoriazusis 659—662. 686. 687. 726. 727. 830—845; in Ranis 686—705. 717—737; in Ecclesiazusis 1155—1165. In Pluto tetrametri non inveniuntur. Accedunt fragmenta Aristophanis 108. 2. 3. 550. 551; 552; 671. 2; 672, 673.

Iuvat omnes comicorum antiquorum tetrametros computare: Habemus in reliquorum comicorum frag-

[1] Rumpel inter cantatos et recitatos tetrametros non distinguit.

[2] hanc alteram parabasin ab Eupolide compositam esse verisimillimum est cf. A. Kirchhoff, Herm. XIII, 287 sqq. et Koerte, Herm. XLVII 298; aliter iudicat Pohlenz Herm. XLVII, 314 sqq.

[3] Zielinskii iudicio haec tabula non eadem arte est composita, qua aliae (p. 140). Causa est ei ille malignus chorus: „dessen unstäte Vogelnatur ein strenges Schema nicht duldete." Hac parodo haud contentus scribit: „Nach diesen Beispielen der Freiheit und Willkür tut es wohl (!) zur festen Ordnung der epirrhematischen Composition zurückzukehren" (Lys.). Non multos hoc iudicium probare puto, miseret me eorum, qui dolent, quod fabulam lepidissimam schemati adaptare non possunt.

mentis 97, in Aristophanis Acharnensibus 77, in Equitibus 120, in Nubibus 56, in Vespis 131, in Pace 147, in Avibus 158, in Lysistrata 47, in Thesmophoriazusis 29, in Ranis 10, in Ecclesiazusis 10, in fragmentis 8. Summa est 920, e quibus Aristophanis 873 — Rumpelius numerat 895.

Iam singulorum versuum structuram accuratius inspiciamus iterumque a formis simplicissimis incipiamus.

Ex septenis trochaeis constant: Cratet. 29, 3; 29, 5; Apoll. 6; Arist. Ach. 302 323, 335, 679, 706, 718; Equ. 243, 251, 253, 254, 258, 570, 571, 1279, 1282, 1288; Nub. 585, 613 1115; Vesp. 415, 452, 508, 509, 1078, 1105; Pac. 304, 337, 383, 427, 562, 608, 642; Av. 284, 289, 298, 300, 311, 316, 336, 362, 1105; Lys. 649, 651, 677, 1039; Ran. 732; fr. 108, 2. Sunt 50 puri tetrametri, in his Aristophanis 47 i. e. 5, 2 %.

Singulos spondeos habent Cratin. 164, 1; Cratet. 29, 2; 32; Pher. 10, 1; 78, 1; 143, 7, 8, 10; Telecl. 41, 4, 5; Herm. 37; 43, 2; 44, 1; Eupol. Dem. Cair.[1] v. 8; fr. 76; 268, 1; 357, 1; Call. 2; Arist. Ach. 235, 239, 286, 292, 305, 307, 308, 319, 321, 331, 332, 333, 691, 702, 703, 707, 714, 715; Equ. 244, 248, 255, 261, 264, 270, 272, 274, 275, 314 315, 318, 320, 330, 391, 393, 604, 608, 1283, 1315; Nub. 576, 584, 610, 611, 616; Vesp. 336, 416, 421, 434, 438, 446, 478, 488, 489, 502, 507, 524, 1074, 1075, 1077, 1081, 1085, 1090, 1103, 1104, 1106, 1113, 1115, 1116; Pac. 307, 312, 318, 326, 335, 336, 338, 428, 555, 557, 558, 563, 564, 567, 603, 605, 607, 617, 620, 621, 627, 628, 629, 630, 631, 632, 633, 634, 636, 649, 1142, 1150, 1175, 1180; Av. 270, 272, 292, 294, 297, 309, 317, 321, 322, 324, 342, 354, 365, 366, 369, 373, 376, 386, 755, 794, 796, 797, 1073, 1084; Lys. 629, 631, 651, 681, 705; Thesm. 660, 687, 703, 705, 707, 714, 726, 831, 833, 836, 840, 841; Ran. 689, 695, 700, 703, 705, 717, 718,

[1] hac nota significo Cairensia Demorum fragmenta; sequor editionem Koertianam, sed eos versus, qui minus certe mihi suppleti esse videntur, asterisco notavi.

733; Eccl. 1161, 1164. Sunt 171 versus, in his 153 Aristophanis.

Bini spondei exstant Cratin. 164, 3, 198; 289, 302, 2; 303; 305; Cratet. 20, Pher. 10, 2, 3, 83; 143, 9; Tel. 41, 3; Herm. 43, 1. Eup. Dem. Cair. 2, 3, 4, 6; 7; 10, fr. 357, 6, 8; Phryn. 38; Ameips. 13, 2; Call. 3, 2; Arist. Ach. 234, 236, 238, 284, 286, 296, 303, 306, 309, 311, 313, 315, 317, 320, 326, 328, 329, 330, 337, 341, 343, 678, 681, 682, 683, 684, 687, 708, 713, 716, Equ. 246, 247, 249, 250, 252, 256, 260, 269, 278, 282, 395, 396, 567, 569, 577, 578, 580, 595, 597, 601, 603, 606, 607, 609, 1274, 1275, 1277, 1278, 1280, 1285, 1289, 1301, 1302, 1304, 1305, 1306, 1310; Nub. 577, 579, 580, 582, 523, 586, 590, 591, 592, 617, 618, 620, 621, 623, 1117, 1119, 1120, 1124, 1126, 1128, Vesp. 337, 341, 420, 426, 427, 430, 433, 435, 437, 440, 444, 445, 453, 454, 457, 471, 472, 485, 490, 491, 493, 500, 518, 520, 1071, 1072, 1073, 1076, 1079, 1083, 1086, 1087, 1101, 1110, 1111, 1112, 1114, 1117, 1120, 1121; Pac. 299, 303, 305, 306, 308, 313, 314, 317, 320, 324, 325, 328, 329, 330, 331, 332, 384, 429, 554, 560, 561, 565, 566, 568, 601, 602, 604, 612, 613, 614, 618, 623, 625, 635, 638, 639, 640, 644, 1141, 1143, 1144, 1148, 1149, 1152, 1155, 1172, 1173, 1174, 1176, 1177, 1179, 1181, 1182, 1183, 1184, 1186, 1187; Av. 268, 269, 271, 278, 286, 291, 295, 299, 304, 308, 320, 323, 325, 337, 356, 370, 371, 374, 378, 381, 382, 385, 753, 756, 758, 759, 760, 762, 764, 766, 767, 768, 785, 786, 787, 789, 792, 799, 1074, 1081, 1082, 1085, 1101, 1107, 1108, 1110, 1115; Lys. 627, 632, 634, 648, 652, 671, 674, 675, 680, 696, 700, 1037, 1038, 1040, 1041, Thesm. 661, 686, 702, 706, 727, 830, 832, 837, 839, 841, 845, Ran. 688, 693, 702, 704, 720, 721, 722, 723, 724, 725, 726, 727, 728, 729, 737; Eccl. 1162; fr. 108, 3. Sunt 292 versus, in his 274 Aristophanis.

Ternos spondeos invenies in Cratin. 97, 2; 122, 2; 125; 197; 301, 2; Pher. 10, 4, 143, 3, 6. Tel. 41, 2. Eup. Dem. Cair. 5, 9, 11, fr. 268, 2. 357, 4. Arist. Ach. 219,

240, 310, 312, 324, 325, 327, 334, 686, 688, 690, 705, 709, 717; Equ. 259, 265, 268, 271, 273, 276, 311, 317, 391, 400, 566, 568, 572, 576, 579, 596, 598, 599, 605, 1276, 1284, 1286, 1287, 1300, 1309, 1311, 1312, 1313; Nub. 578, 587, 588, 593, 607, 608, 609, 612, 614, 615, 622, 1116, 1118, 1121, 1123, 1129, 1130; Vesp. 340, 368, 431, 432, 436, 442, 444, 447, 448, 449, 455, 459, 484, 494, 499, 503, 512, 513, 517, 1080, 1088, 1107, 1109, 1118, 1119; Pac. 301, 302, 311, 315, 316, 319, 321, 327, 334, 430, 556, 559, 569, 611, 616, 619, 622, 626, 637, 645, 646, 648, 1140, 1145, 1146, 1147, 1151, 1153, 1154, 1178, 1185; Av. 283, 301, 326, 339, 352, 372, 380, 384, 761, 765, 793, 1076, 1080, 1104, 1114; Lys. 626, 628, 635, 650, 657, 672, 673, 697, 699, 702, 704; 1042; Thesm. 659, 662, 704, 835; 842; Ran. 687, 690, 692, 694, 697, 699, 701, 730, 731, 735, 736; Eccl. 1115, 1158, 1160; fr. 550, 551, 673. Sunt 178 versus, in his 164 Aristophanis.

Priscae comoediae auctores in versibus, qui solutione carent, multo saepius binos spondeos habent, quam singulos aut ternos. Mirum est et apud tragicos et apud comicos 5 % omnium versuum solum e puris tetrametris constare.

Quomodo spondei in singulos pedes distributi sint, hac ex tabula videbis.

Comoediae antiquae spondei.

poeta et fabula	summa versum	II	IV	VI
Magnes	1	1	1	—
Ecphant.	1	—	—	1
Cratin.	24	18	14	10
Crates	5	—	2	2
Pherecr.	19	13	15	8
Telecl.	5	2	3	4
Hermipp.	8	2	4	3
Eupol.	22	10	20	15
Phryn.	3	1	2	3
Ameips.	1	1	1	—
Callias	4	3	2	1
adespota	4	1	4	2

poeta et fabula	summa versum	II	IV	VI
Aristophanis Acharn.	77	13	47	44
Equites	120	78	69	54
Nubes	56	38	45	32
Vespae	131	84	92	66
Pax	147	87	110	83
Aves	158	78	98	84
Lysistrata	47	33	35	27
Thesmoph.	29	21	17	16
Ranae	40	30	30	24
Ecclesiaz.	10	5	7	8
fragmenta	8	6	6	4
Summa:	920	555 58% fere	625 66% fere	491 = 52%

Sunt numeri spondeorum secundi et sexti pedis maiores, quam apud tragicos (18% et 10%), quarti pedis fere par est numerus (67%).

